Præclarè apud Plutarchum dicitur. Nemini dixeris quod taceri vis. quomodo enim ab alio postulabis silentij fidem, quam tibi ipse non præstitisti?

Thales dicebat se trium maxime rerum causa Deo gratias agere, primum quod homo non bellua, deinde, quod vir, non mulier, tertiò quod Græcus, non Barbarus natus esset.

Apud maiores mos erat vt in sacris faciendis sacerdos diceret; * *Quis hic?* deinde qui aderant, responderent; * *Multi boni, adsint.*

Amphictyonum consessus olim erat apud Græcos sacra-

celebratissimus. In id concilij duodecim civitates convenire solebant.

In diphtherâ pelle illius caprę quæ Iovi hæc præbuit, Iupiter omnia mortalium acta describere singitur à poetis.

Camarina palus est juxta oppidum ejusdem nominis quæ cum olim siccata, pestilentiam creassit, consuluerunt oraculum, an penitus eam desiccare præstaret. Vetuit Deus Camarinam movere. Illi exsiccarunt, non obtemperantes oraculo: & cessavit quidem pestilentia, sed per eam ingressis hostibus pœnas dederunt neglecti oraculi.

Quercus in tutelâ Iovis est; & huius arboris fructu olim homines vescebantur. ——

Vt speculum oculus est artis, ita oculus est naturæ speculum.

Grave est homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet: nec id, quod petat, exigere magis quam rogare; & in mercedis potius, quam beneficij loco numerare videatur.

† Nullius sunt res sacræ, & sanctæ, & religiosæ, quod enim divini juris est, &c.

† Quod nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.

Euripides canum morsibus laniatus obiit. Val. Max.

Sophocles cum in certamine tragœdiam dixisset, ancipiti sententiarum eventu diu solicitus, aliquando tamen vnâ sententiâ victor, præ gaudio interiit.

Anacreon vuæ passæ grano suffocatus expiravit.

Philemon ex immoderato risu periit. nam paratas ei ficus, atq; in conspectu positas asello consumente, puerum vt illum abigeret, inclamavit: qui cum jam consectis omnibus supervenisset; quoniam, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum asello. Ac protinus vbanitatem

nitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum profectus supremum spiritum exhalavit.

Homerus quia * quæstionem à piscatoribus propositam solvere non potuisset, dolore absumptus est.

*Non capta auferimus: fuerant quæ capta, relictis.*

† Qui ea mente alienum quid contrectavit, vt lucrifaceret: tametsi mutato consilio id domino postea reddidit fur est.

Campana luxuria invictum Annibalem vincendū Romano militi præbuit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantiâ, Veneris vsu lasciviore ad somnum & delitias vocavit.

M.V.Aquillius cum sibi gloriosè posset extingui, Mithridati maluit turpiter servire.

Cn.Carbo jussu Pompeii ad supplicium ductus, petiit à militibus demissè & flebiliter, vt sibi alvum levare priusquam expiraret, liceret, quo miserrimæ lucis vsurâ diutius frueretur. Eoq; moram traxit, donec caput eius sordido in loco sedentis abscinderetur.

Venus omnium stellarum prima vesperi oritur, & postrema mane occidit.—

Iupiter Opt. Max. appellatur quia vult & potest Iuvare.

Apud Albanos ea fuit sacerdotis dignitas, vt post regem haberetur secundus.

Filius nullis artibus instructus, lege Solonis patrem alere minimè cogi poterat.

Anaxagoras cum è diutinâ peregrinatione patriam repetisset, possessionesq; desertas vidisset; Non essem, inquit, ego salvus, nisi istæ periissent.

Cyrus omnium militum suorum nomina tenebat.

Mithridates duarum & viginti gentium, quæ sub regno ejus erant, linguas ediditit.

† De-

† Defuncto eo qui reus fuit criminis, est pœna extincta.

Leo cunctis formidatum animal, cantum ac cristam galli formidat.——

Apes exteriora tecta faciunt ex succis amarioribus, quod dulcissimum est in intimis reponunt.——

Socrates quamvis magnâ ex parte nudis pedibus incederet, interdum tamen tempori serviens vestitore habitu amiciebatur.

Themistocles per summam injuriam patria pulsus, & ad Xerxem, quem paulò ante devicerat confugere coactus, priusquam in conspectum eius veniret, Persico sermoni se assuefecit vt labore parta commendatione, regijs auribus familiarem & assuetum sonum vocis adhiberet.

† Servi & filij nostri furtum quidem nobis faciunt ipsi autem furti non tenentur. Neq; enim qui potest in furem statuere, necesse habet adversus furem litigare. quod si alienati, aut manumissi fuerint, neq; furti actione tenentur. nam Quod ab initio non valuit, non potest tractu temporis convalescere.

Palumbes hyeme mutæ sunt, vere vocales.——

Notatum in milvis, rapacissimam & famelicam semper alitem nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara.——

Ægyptii ex Philosophis sacerdotes, ex sacerdotibus regem eligere solebant. vnde Mercurius *Trismegistus*, id est, ter maximus appellatus erat, quod Philosophus maximus, sacerdos, & rex maximus esset.

Apud Romanos juraturus lapidem tenebat hæc verba proferens; Si sciens fallo, me Iupiter salvâ vrbe arceq; bonis eiiciat, vt ego lapidem hunc ejicio, quibus prolatis lapidem manu emittebat.

Si Musæ latinè loquerentur (inquit Varro) Plau-

Vanitas

mo sermone loquerentur.

O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; ficta omnium insidias, facilè se per seipsam defendat.

Mihi videntur artem gubernandi docuisse candæ flexibus in cœlo monstrante naturâ, quid opus esset in profundo. Plin.

Antagoram poetam in tentorio congrum coquentem, atq; ipsum patellam versantem deprehendit Antigonus à tergo stans, eiq; dixit: Putasne O Antagora, Homerum quum Agamemnonis res gestas scriberet, coxisse congrum? contra hæc Antagoras; Et tu rex, putasne Agamemnonem quum illas res gereret, fuisse curiosum, si quis in exercitu congrum coqueret?

† In omnibus causis, præterquam in sanguine, qui delatorem corrupit pro convicto habetur.

† Qui ea mente alienum quid contrectavit vt lucrifaceret, tametsi mutato consilio id domino posteà reddidit, fur est. Nemo enim à tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit.

Agesilaus quum ij qui Asiam incolunt, ex consuetudine Persarum regem magnum appellarunt; ecquid illo sit maior (inquit) nisi & iustior sit & cõtinentior?

Antigonus postquam à gravi morbo convaluerat, Nihilo pejus est inquit: siquidem hic morbus subinonuit nos ne animo efferamur, quum simus mortales.

† Plures eandem rem in solidum possidere non possunt.

Cum Neptunus à Minervâ victus, non posset Attica regione potiri, iratus immisit illis fluctu consilia, quod nobis Minerva non mutavit, (—nec enim licet irrita cuiquam facta dei fecisse deo—) verùm quod illi malè statuissent illis in bonos exitus vertebat.

Ptolemæus Philadelphus omni doctrinæ genere clarus,

clarus, cum infirmâ valetudine laboraret, nobilem omnium sermonibus celebratam bibliothecam construxit.

Ptolemæus Philadelphus, Philopater, & Philomater ob neces parentibus & germanis fratribus illatas, per Ironiam dictus est.

Postquam Cæsar victoriâ potitus deiecta Pompeij statuas honorificè restituerat; Cæsar, inquit Cicero, in erigendis Pompeij statuis suas firmat.

Q. Scævola legum peritissimus, quotiescunq; de iure prædiatorio consulebatur, ad Furium & Cæsellium quia huic scientiæ dediti erant, consultores reijciebat.

Q. Metellus devictâ Carthagine, nescire se dixit illáne victoria boni plus an mali attulisset. quoniam vt pacem restituendo profuisset, ita Annibalem submovendo nocuisset.

Cum in media parte fori, vasto ac repentino hiatu terra subsideret, responsumq; esset, re illa tantum compleri posse qua populus Roman. plurimum valeret: Curtius & animi & generis nobilissimus adolescens, interpretatus vrbem Romanam virtute armisq; præcipuè excellere; militaribus insignibus ornatus, equum conscendit, eumq; vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit.

† Quod quisq; iuris in alterum statuit, eodem ipso vtatur.

Mors quidem si timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, etiam cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent.

Quum cepisset vrbem Thebanorum Alexander, omnes liberos homines, exceptis sacerdotibus, vendidit: liberos etiam à venditione patris antiquos hospites dimisit.

Si supra palmæ arboris lignum, magna pondera imponas, ac tam graviter vrgeas, onereq;, vt magnitudo

Cogerit sub pondere palma.

oneris sustineri non queat: non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, ed adversus pondus resurgit, & sursum nititur, recurvaturq;. Plut.

In certaminibus palmam esse signum placuit victoriæ: quoniam ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus opprimentibusq; non cedat.

† Princeps legibus solutus est.

Erostratus nebulo quidam sceleratissimus, qui cum nomen suum posteritati commendare maximè cupeEroſtratus templum magnificentissimum conflagrat. Quid ego latius? rerum ſit prætor.
ret, atq; hoc virtute consequi non posset, templum Dianæ Ephesiæ manu propriâ incendit: ratus propter hoc saltem factinus nomen suum ab historicis propagatum iri.

Vt Scipio pugnando, ita Fab. Maximus non dimicando maximè Romanæ civitati profuit. Alter enim celeritate suâ Carthaginem oppressit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi posset.

Constantia. Metellus de civitate quam de sententiâ decedere maluit.

C. Mevius centurio Augusti Cæsaris, Antoniano bello captus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatusq; quidnam de eo statui deberet; Iugulari me, inquit, iube: quia nec salutis beneficio, neq; mortis supplicio adduci possum, vt Cæsaris miles esse desinam & tuus esse incipiam. Ceterum quò constantius vitam contempsit, eo facilius impetravit. Antonius enim virtuti ejus incolumitatem tribuit.

† Socij mei socius meus socius non est.

Porta Carmentalis Scelerata dicta est, quod per eam Fabij cum clientibus suis egressi, atq; in bellum contra Veientes profecti, reverti non sunt. Fuit & Romæ Sceleratus vicus, vbi Servij regis filia super corpus patris serpentum egit. Et Sceleratus campus ad portam Collinam, vbi vestales virgines, quæ incestum fecissent

rissent, vivæ defodiebantur.

Regulus consul Romanus, primo bello Punico à Carthaginensibus captus Romam missus est de permutandis captivis, fide prius datâ se reditурum: quam pertationem ipse dissuasit, & Carthaginem redeuns crudelissimè est necatus.

Callimachus lampadem Palladi dicavit, in qua oleum nunquam absumebatur.—

Cicero quum Lentulum generum suum exiguæ staturæ hominem prælongo gladio videret accinctum; Quis, inquit, alligavit generum meum gladio?

Thebæ, quoniam per cantum extructæ non poterant nisi per cantum everti, ab Alexandro dirutæ sunt Ismeniâ quodam flebiles numeros cum tibiâ accinente.—

Haliætus Aquilæ quoddam genus implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversos intueri solis radios, si connivantem animadvertit, præcipitat è nido, velut adulterinum atq; degenerem; illum cujus acies firma contra steterit, educat.—

Medica vno anno frequenter seritur, & postea multis annis sponte procreatur.—

Themistocles cum ab ingrata patria in exilium ejectus à Xerxe humanissimè exciperetur, ad suos dixisse fertur; Perissemus, nisi perissemus.

† Is qui reus factus est, purgare se debet: nec aptè potest accusare, quam fuerit excusatus.

Frater Antigoni Marsyas cum quodam litigabat, sed à rege postulabat vt causa domi cognosceretur, cui Antigonus; Si nihil, inquit, præter jus agimus, melius fiet in foro, cunctisq; audientibus.

Tot constituunt metallorum species, quot sunt planetæ, ita quidem vt plumbum Saturno ascribant, stannum Iovi, ferrum & chalybem Marti, aurum Soli, æs

Veneri

Veneri, Mercurio argentum vivum, Lunæ argentum.

† Non prodest ei qui vi rapuit, ad evitandâ pœnam, si ante judicium restituat rem quam rapuit.

Thôa'aat hom. amicus

Thôa dicunt esse animal humanissimum, præcipueq; homini amicum: & si forte in hominem inciderit, revereri, ac summâ cum observantiâ suscipere. Quinetiam si à feris alijs circumventum senserit, tum vere accurrere protinus, opitulariq; pro viribus Ælian.

Agesilaus arundini insidens, equitabat cum filio puero: & cum quidam risisset nunc, inquit, tace & à risu temperato donec & ipse pater evaseris.

Perdiccam oderat Alexander, quod esset bellicosus; Lysimachum, quod imperatoriæ artis peritus: Seleuchum, quod forti animo esset: Antigoni vero liberalitas eum offendebat, & Attali imperatoria dignitas, & Ptolemæi benignitas.

Amphisbæna serpens duo habet capita, alterum in anteriori parte, alterum in posteriori: quæ cum aliquò necesse habet progredi, caudæ loco altetum ponit, altero pro capite vtitur: tum rursus, si ei retro sit opus cedere capitibus contra quam prius vtitur. Ælian.

Plato cum videret Agrigentinos magnis impensis ædificare, eodemq; modo cænare: Agrigentini, inquit, ædificant, quasi semper victuri: & comedunt quasi semper morituri. Id.

† Odia sunt restringenda, favores ampliandi.

† Convitij veritas convitiantem non excusat.

Cineas medicus Pyrrhi, vt perhibent, eam literas ad Senatum Romanum scripserat, quibus pecunias petebat, & pollicebatur se Pyrrhum pharmacis interempturum: at illi promissionem hanc repudiarunt. Etenim Romani virtute fortes esse didicerunt, non technis, calliditate, vel insidijs hostem debellare: sed & Cineæ consilium sententiamq; Pyrrho regi aperuerunt. Æl.

Piscato-

Piſcatores Paſſinacas capiunt hunc in modum. Saltant & canunt quam poſſunt ſuaviſſimè: illæ vero tum auditu mulcentur, tum ſpectandi ſaltationem ſtudio ſe oblectant & adnatant propiuſcat piſcatores ſenſim ac pedetentim recedunt: ubi tum dolus in miſeras ſtructus apparet, quæ ſaltatione allectæ fuerant, retibus jam incluſæ capiuntur.—Id.

A M. Manlio liberatum eſt Capitolium obſeſſum à Gallis, liberavit ipſe omnes obæratos, ex quo in ſuſpicionem affectati regni venit, ideoq; cum totâ ſuâ familiâ ſublatus eſt é medio.

† Statuit jus vt à momento in momentum tempus ſpectetur, ff. de min. l. 3. § minorem.

† Anniculus non ſtatim vt natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto die dicitur, incipiente planè non exacto die: quia annum civiliter non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus ff. de verb. ſignificat. l. anniculus.

Archimedes dum in pulvere quædam deſcribit attentius, ne patriam quidem captam eſſe ſenſit.

Heſiodus paſtor in Aſcræis vallibus repentino muſarum afflatu correptus, è bubulco ſordidiſſimo poeta peritiſſimus evaſit.

Maiori curæ nobis eſſe debet, quemadmodum ijs qui de nobis optimè meriti ſunt, gratiam referamus, quam quemadmodum inimicorum iniurias crudelitatemq; perſequamur.

Bonæ deæ ne nomen quidem viros ſcire fas eſt. Alex. ab Alex. 6, 8.

Commenticia, atq; cogitatione tantum exiſtentia hæc fuiſſe accepimus: Platonis rempub. Ariſtotelis virum beatum; Ciceronis oratorem; Mori vtopiam.

C. Gracchus cum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis tamen defendebat ærarium,

quid

quid verba audiam cum facta non videam?

Hostium repens advenius magis aliquando consternabat, quam expectatus: & maris subita tempestas, quam ante provisa terret navigantes vehementius.

Cum esset ex Socrate quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, num ne beatum putaret? haud scio, inquit; nunquam enim eo locutus sum.

† Respondit Paulus eum qui nocentem infamavit, non esse bonum æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota esse & oportere, & expedire.

Crocodilus saturum cibo piscium & semper esca lento ore, in littore somno datum, parva avis quæ Trochilos appellatur, invitat ad hiandum pabuli gratiâ, os primum eius blandè repurgans, mox deinde fauces ad hanc scabendi delectationem quam maximè hiantes: in qua voluptate somno pressum corripit eius cognomen, per eadem fauces, vt telum aliquod immissus, erodit alvum. Plin.

Polypum adeo Locusta pavet, vt si juxta viderit illum, exoriatur. Id.

Cervi bono suo invidentes dextrum cornu modo eminente aliquo prædium abscondunt. Id.

Basiliscus serpens necat frutices non contactos modo vaporatione affatus: exurit herbas, rumpit saxa tanta vis malo est. atq; huic monstro mustelarum genus exitio est. Adeo naturæ placuit nihil esse sine pari. Id.

Animos suorum nunc irâ in hostes stimulando, nunc spe præmiorum accendit, vt vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt vt si exemplo signum datum esset, nullâ vi resisti posse viderentur. Liv.

Cro-
Crocodilus saturus cibo piscium & semper esca lento ore, in littore somno datum, parva avis quæ Trochilos appellatur, invitat ad hiandum pabuli gratiâ, os primum eius blandè repurgans, mox deinde fauces ad hanc scabendi delectationem quam maximè hiantes: in qua voluptate somno pressum corripit eius cognomen, per eadem fauces, vt telum aliquod immissus, erodit alvum. Plin.

Visu nec.

Polypum adeo Locusta pavet, vt si juxta viderit illum, exoriatur. Id.

Invidia.

Cervi bono suo invidentes dextrum cornu modo eminente aliquo prædium abscondunt. Id.

Basiliscus

Basiliscus serpens necat frutices non contactos modo vaporatione affatus: exurit herbas, rumpit saxa tanta vis malo est. atq; huic monstro mustelarum genus exitio est. Adeo naturæ placuit nihil esse sine pari. Id.

Animos suorum nunc irâ in hostes stimulando, nunc spe præmiorum accendit, vt vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt vt si exemplo signum datum esset, nullâ vi resisti posse viderentur. Liv.

Qui

¶ Quid aut Homero ad delectationem animi ac voluptatem, aut cuiquam docto defuisse vnquam arbitramur? aut ni ita se res haberet, Anaxagoras, aut Democritus agros & patrimonia sua reliquissent? huic discedi quærendiq; divinæ delectationi toto se animo dedidissent?

† Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat servum suum: in ea causa est, ne iniuriarum teneatur.

De tripode ex Phœbo quæris Milesia proles:
Huic tripodem addico cui sit sapientia prima. dat
ergo Thaleti, Thalesq; illum alij dat, & rursus alius
abij, donec ad Solonem ventum est. qui deum primum
esse sapientiâ asserens illum Delphos misit. Diog. Laer

Pythagoræorum more quid quoq; die dixerim, audiverim, egerim, commemoro vesperi.

Qui statuit aliquit parte inauditâ alterâ licet æquus sit quod statuit, non tamen æquum facit.

† Incivile est nisi totâ lege perspectâ judicare,

Apud maiores servatum legimus, vt in epulis lautioribus aliquem pullâ in veste discumbere dicerent nefas, nam cum animi remissione non tristitiâ, convivio interesse decet. Alex. ab Alex. 5. 21.

Persarum mos erat inter pocula de rebus seriis consultare. Id. ib.

Eorum reges ante cibum de continentiâ disputare, ante sacrificium de iustitiâ, ante bellum de fortitudine. Id. ib.

M. Fabius decerniente senatu triumphum, respondit se familiâ funestâ Q. Fabii fratris morte, repub. ex parte orbâ, consule amisso, publico privatoq; deformem luctu lauream non accepturum. Omni acto triumpho depositus triumphus clarior fuit. Adeo spreta in tempore gloria redit cumulatior. Liv.

† In odium furti tres actiones contra furem concedantur. Py-

Pythagoras dicebat vitam humanam esse similem Panegyri, hoc est solenni hominum conventui: ad quem alii conveniunt certaturi, alii negotiaturi, nonnulli spectatores modo futuri. ac cæteros quidem omnes ob sollicitos, solum spectatorem tranquillum frui celebritate. Hunc spectatorem aiebat esse philosophum qui non ob aliud in hoc mundi theatrum prodiisset, quam vt naturas rerum ac mores hominum contemplaretur.

Rana Ægyptia si in hydrum Nili fluminis incidat, subitò de mordet frustum arundinis, geritq; in ore dimetraliter. Ille verò ranam cum ipsâ arundine simul deglutire non potest. Non enim tantam amplitudinem habet, in quantam arundo extenditur. Ælian.—

Honores mutant mores

Alexander superato Dario, & Persarum regno in suam potestatem redacto, ad Græcos scripsit vt se dii facerent. Id.

Fieri nullo modo potest, quod in amatorio sermone dici solet, vt quisquam plus alterum diligat, quam se. præclarum illud est, & si quæris rectum quoq; & verum, vt eos qui carissimi nobis esse debeant, æquè ac nosmetipsos diligamus; vt vero plus fieri nullo pacto potest.

Archetimus quidam apud hospitem suum Cydiam magnam auri vim deposuit; abit & rediens depositum repetit. Cydias pertinaciter negat. Cum diu contenderent, optimum factu visum, vt res ad jusiurandum referretur. Dies illi rei tertius sequens destinatur. Interea Cydias dolum machinatus omne aurum in baculum excavatum conjicit; idq, tantâ arte, vt omnis dolus lateret. Præscripto die comparet. & morbum simulans hoc baculo gradum adjuvans ad templum pergit, & baculum Archetimo tamdiu donec juramentum absolveret, tenendum porrigit. Inde elevatis manibus in

rat accepisse quidem se depositum, sed reddidisse. His auditis graviter indignatus Archetimus ictu vehementi baculum in pavimentum proiecit, quo diruptò omne aurum effluxit. Herodot.

† Domus cum duobus communis, ob vnius maleficium in damnum alterius non est demolienda.

Scribit Plutarchus Catonem seniorem à verborum turpitudine, presente filio sic temperasse, quasi vestalibus virginibus arbitris locuturus esset, nec cum filio vnquam lauisse.

Duo erant Bruti patriæ liberatores. quorum vnus Iunius Brutus primus Consul Tarquinium vrbe ejecit eamq; ex dominatu regio in libertatem vindicavit: alter M. Brutus vnà cum Cassio Iulium Cæsarem occiderunt perpetuam dictaturam affectantem.

Paria amicorum celebratissima fuisse accepimus Theseæ & Pyrithoum, Pyladem & Orestem, Damonem & Pythiam, Nisum & Euryalum, Scipionem & Lælium Achillem & Patroclum, Ciceronem & Atticum.

Propter vnius M. Manlij scelus, decreto, gentis Manliæ neminem patricium M. Manlium vocari licet.

Apud Hypanim fluvium, Aristoteles ait, bestiolas quasdam nasci quæ vnum diem vivant.—

Lacæna quædam cum filium in prælium misisset, & interfectum audisset; idcirco, inquit, genueram, vt esset qui pro patriâ mortem non dubitaret occumbere.

Fuere qui crederent nullos deos esse; quorum è numero feruntur Diagoras, Theodorus Cyrenæus, Euemerus Pegeates, Prodicus Cæus. Alex. ab Alex. Genial dierum lib. 6. cap. 26.

Pueri Romani bullâ donabantur: ea erat aurea, insigne nobilitatis, figuram cordis habens; vt significarent eam ætatem alterius consilio regendam. Id. 2. 25.

† Venditor rei venditæ narrare vitia tenetur.

Qui

honoros mu-
tant mores

† Qui calu hominem occidit non est puniendus.

Hannibal eò insolentiæ processit post victorum ad Cannas, vt nulli civium suorum nisi per interpretem responsum aut salutem dederit. Id. 1. 19.

Persæ, Medi, Indi reges suos adorabantur. Id. 1 6.

Eorum nomina quos in deorum numerum coopta-bant, plerumq; mutare solebant. Siquidem Romulus, Quirinus; Ino, Leucothee; Melicerta, Palæmon; Rhea, Cybele sive Berecynthia; Io, Isis dicebantur. Id. 6. 4.

Moris erat apud Romanos vt sublatis veteribus nominibus, quos ad equestrem ordinem advocabant, ingenuorum veterumq; Romanorum nominibus nuncuparent: ne quid nota nominis obsoleti collato honori officeret Id. 1. 28.

† Multa sunt quæ fieri non debent, facta tamen valent.

Sicut iura dare, ita divinare regium munus erat, itaq; à primo ortu vrbis Romanæ iidem reges & Augures erant. Id. 1. 19.

Dulcis aquæ fluvii in Asphaltiten decurrunt, nequaquam tamen aquæ natura mutatur.—Ælian.

Corvus jam ætate confectus, cum non pullos alere potest, seipsum iis cibum præstat, hi autem comedunt patrem. Id.

Psyllis in Africa nullæ venenatæ bestiæ vel ictu vel morsu nocere possunt. Plut.

Constat Annibalem, nec cum Italia cum Romano tonantem imperio timeret, nec cum reversus Carthaginem summum imperium tenuit, aut cubantem capisse, aut plus sextario vini indulsisse, pudicitiamq; eum tantam inter tot captivas habuisse. Iust. lib. 32.

Amphisbæna serpens geminum habet caput, tantam parum esset vno ore fundi venenum. Plin.

† Non omne quod licet, honestum est.

Cum

Cum Aquila esse queas, inter graculos primus ne optes.

Cum apud Amyclæos subinde nuntiaretur hostium adventus, idq; falsò, & ob eam rem civitas frequenter inani terrore perturbata esset: latâ lege cautum est, ne quis vnquam hostis nuntiaret adventum. Acqui post evenit vt verè jam advenirent hostes, quod cum nemo nuntiaret propter legis interdictum, civitas de improviso capta est.

Prægravi superciliorum pondere obrutis palæ oculis, musculus viam præstantis demonstrat, oculorúmq; vice fungitur. Plin.

Alexander cum infinitos mundos ex Anaxarcho audiviſſet, flevit: ac rogantibus amicis quid ei accidiſſet, Nó dignum, inquit, fletu vobis videtur, si cum infiniti sint mundi, nos ne vno quidem potiti sumus?

Si curent dii homines, benè bonis sit, malè malis: quod nunc abest debebant illi quidem omnes bonos efficere, siquidem hominum generi consulebant. Sin id minus, bonis quidem certè consulere debebant. Cur igitur duos Scipiones, fortiſſimos, & optimos viros, in Hiſpaniâ Pœnus oppreſſit? cur Maximus extulit filium consularem? cur Marcellum Annibal interemit? Cur Paulum Cannæ sustulerunt? cur Pœnarum crudelitas Reguli corpus est præbitum? cur Africanum domestici parietes non texerunt. Cic. de nat. Deo. lib. 3.

Si bonis bene sit, malè malis; cur Marius tam feliciter septimùm Consul domi suæ senex moruus est? & omnium crudeliſſimus tam diu Cinna regnavit?

Num quis, quod bonus vir esset, gratias diis egit vnquam? at quod dives, quod honoratus, quod incolumis, fovemq; optimum maximum ob eas res appellant, nó quod justos, temperatos, sapientes, sed quod silvas, jugacolumes, opulentos, copiosos efficis.

† Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt mens ſit.

Luna cum ſoli conjungitur obſcuratur, cum abeſt, lucet.

Sunt flumina quædam, quæ cum eadem ſint, diverſis locis diverſa ſortiuntur nomina.

Olympiæ porticus vocem acceptam ſepties reddit, vnde Heptaphonos appellatur.

Ranæ Seriphiæ in Scyrum deportatæ non edebant vocem: eædem aliò tranſlatæ cantant.

Quare bonis viris patitur aliquid mali fieri deus? ille verò non patitur omnia mala ab illis removet, ſcelera, & flagitia, & cogitationes improbas, & libidinem rapacem. Senec. de divin. provid. c. 6.

Neroni. Quam multa tibi non licent, quæ nobis beneficio tuo licent. Poſſum in qualibet parte vrbis ſolus incedere ſine timore quamvis nullius ſequatur comes, nullius ſit domi, nullus ad latus gladius: tibi in tuâ pace armato vivendum eſt. Aberrare à fortunâ tuâ non potes, obſidet te quocunq; deſcendis, magno apparatu ſequitur. Et hæc ſummæ magnitudinis ſervitus eſt non poſſe fieri ſuimorem. l. d. de Clem. lib. 1. c. 8.

Arthelaus rex in ſolis eclipſi rerum naturæ ignarus & pavore attonitus, feſtinantibus occludi regiam imperavit. Cæſ. Rhod.

Diogenes cum veniſſet Olympiam, & Rhodiacos quoſdam adoleſcentes videret preciosis veſtibus amictos, cum riſu inquit: Hoc nihil eſt præter faſtum. Deinde cum incideret in Lacedæmonios ſordidis tunicis indutos, Hic inquit, alius eſt faſtus.

Diogenes in dolio non minus ſibi placebat, quam Alexander in ſolio.

In ſumma egeſtate vitam egerunt optimi Græciæ viri Ariſtides, Phocion, Epaminondas, Pelopidas, Lamachus, Socrates, Ephialtes.

† Expedit

† Expedit reipub. ne re ſuâ quis malè vtatur.

Perſarum rex iter faciens, ne nihil agendo tædium obreperet ex itinere, philyrium manibus tenere ſolabatur, idq; cultello ſcindere.

Romana reſpub. in tres ordines diviſa erat, Senatorium, Equeſtrem, & Plebeium; ſecundum verſiculum; Martia Roma triplex; Equitatu, plebe, Senatu. Cenſores è Senatu ejecerunt Senatores ſi quid gravius deliquiſſent; Equites equis ſpoliarunt. Plebem è tribu movebant, aut in Cæritum tabulas retulerunt.

Optimè conſtitutæ reſpublicæ ſemper morum diligentem rationem habuerunt. Hæ de cauſâ fuerunt Romæ Cenſores; Athenis Areopagitæ; Spartæ Harmoſtæ, & Ephori; Carthagine præfecti, & magiſtri vitæ.

Magni viri doctis & ſapientibus maximè vſi ſunt: Pericles, Anaxagorâ; Alcibiades Socrate; Scipio, Panætio; Alexander Imperator, Vipiano & Martiano.

Omnes quadrupedes odore Pantherarum ferarum immanium feruntur admodum delectari, ſed obſterreri torvitate capitis. Ideo Pantheræ caput occultantes quum prædam venari volunt, allectas odoris ſuavitate beſtias, vbi propius acceſſerint, corripiunt & mactant.

† Qui pecuniam recipit vt faciat id quod gratis facere tenetur, turpiter accipit.

† Idem eſt non eſſe, & non apparere.

Cum viciſſet Lacedæmonios Epamin ondas, ſimulque ipſe vulnere gravi exanimari ſe videret, vt primum deſpexit, quæſivit ſalvúſne eſſet clypeus; cum ſalvum eſſe flentes ſui reſpondiſſent; rogavit eſſentne fuſi hoſtes: cum id quoq; vt cupiebat, audiviſſet; evelli juſſit eam qua transfixus erat haſtam: ita multo ſanguine profuſo in lætitiâ eſt mortuus.

Quid quereris, Martia, mortuum eſſe tuum filium?

Non fuit innocentior ille quam Rutilius, quam Cotta, nec annus, non fuit sapientior quam Socrates; non sanctior quam Cato, at hi jam mortui sunt. Cum illa perspexeris, scies optimè cum his agi, quos natura citò in tutum recepit. Senec. de consolat. ad Mart. c. 23.

Cogita quantum boni opportuna mors habeat, quam multis diutius vixisse nocuerit. Si Cn. Pompeium Neapolis abstulisset, beatus pop. Romani princeps excesserat, at nunc exigui temporis adiectio honore illum suo deiecit. vidit legiones in conspectu suo cæsas vidit Ægyptium carnificem, & sacrosanctum corpus satellitii præstitit. M. Cicero si eo tempore quo Catilinæ ficas devitavit, concidisset, si filiæ suæ unus secutus esset, felix mori potuit. non vidisset strictos in civilia capita mucrones, nec divisa percussoribus occisorum bona, non hastam consularia spolia vendentem. Id. ib. cap. 20.

Themistocles, cum ei Simonides aut quis alius artem memoriæ pollicereturoblivionis, inquit, mallem: nam memini etiam quæ nolo, oblivisci non possum quæ volo.

† Error communis facit ius.

† Qui rebus commodatis aliter vtuntur quam vendas acceperunt, ita furtum committunt, si se intelligant id domino invito facere.

† Vbi & dantis & accipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus: veluti si pecunia detur, vt malè iudicetur.

† Quoties solius accipientis turpitudo versatur, repeti potest: veluti si tibi dedero ne mihi iniuriam faciat. Sed quod meretrici datur, repeti non potest, non ea ratione quod vtriusq; turpitudo versatur, sed solius datis: illa enim turpiter facit quod sit meretrix, sed non turpiter accipit cum sit meretrix.

*Pars Secunda.*

# SENTENTIÆ, EXEMPLA, ET Loci Communes, ex quinque libris *Pub. Ovid. Nasonis de Tristibus collecta.*

## LIB. I.

Ne quæ non opus est forte loquare, cave. } Saturula lingua nocet.
Causa patrocinio non bona, major erit. }

Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum
Quærere.

Terreatur minimo pennæ stridore columba
Vnguibus accipiter saucia facta suis,
Nec procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est avidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaëton si viveret, & quos
Optârat stultè tangere nollet equos.
Quicunque Argolicâ de classe Caphærea fugit,
Semper ab Eubœicis vela retorquet aquis.
} Fatus piscator fapit.

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.
} Ne quid nimis.

Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.
Mulciber in Trojam, pro Trojâ stabat Apollo,
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Æneam propior Saturnia Turno,
Ille tamen Veneris numine tutus erat.

Sæpe ferox cautum petijt Neptunus Vlyssem;
Eripuit patruo sæpe Minerua suo.

—acta Deos nunquam mortalia fallunt.
—serò clypeum post vulnera sumo.

Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis,
Perpetuusq; animi debitor huius ero.
Spiritus & vacuas prius exterminandus in auras
Ibit, & in tepido deseret ossa rogo:
Quàm subeant animo meritorum oblivia nostro:
Ex longâ pietas excidat ista die.

Thelea Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri Phocæus amoris
Fecerunt furiæ (crista Oreste) tuæ:
Si non Eurialus Rutulos cecidisset in hostes,
Hyrtacide Nisi gloria nulla foret.
Scilicet vt fulvum spectatur in ignibus aurum:
Tempore sic duro est inspiciendus fides.

Dum juvat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen,
Re nunc pro vili sub pedibusq; jacet.

Donec eris felix multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Aspice vt veniant ad candida tecta columbæ,

Accipiet

Accipiat nullas sordida turris aves.
Horrea formicæ tenduńt ad mania nunquam:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtq; comes radios per solis euntibus umbra est,
Cum latet hic pressis nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus,
Quæ simul inductâ nube teguntur abit.

De comite Argolico postquam cognovit Orestem
Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.
Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille
Laudari solita est Hectoris ore fides.
Quod pius ad manes Theseus comes iret amico
Tartareum dicunt indoluisse Deum.
Eurialí Nisique fide tibi (Turne) relatâ,
Credibile est lachrimis immaduisse genas.

Hoc mihi non ovium fibræ, tonitrusve sinistri,
Linguave servatæ, pennave dixit avis.
Augurium ratio est, & conjectura futuri:
Hâc divinavi noxiamq; tuli.

## Lib. II.

Saxa meum refero rursus ad icta pedem.
Scilicet vt victus repetit gladiator arenam,
Et redit in tumidas naufragus puppis aquas.

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

Fama Iovis superest: tamen hunc sua facta referri,
Et se materiam carminis esse juvat.

Cumq; Gigantei memorantur prælia belli,
Credibile est lætum laudibus esse suis.

——vt fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

Cum cœpit quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaq; fortunâ rimam faciente dehiscunt,
Ipsa suo quædam pondere tracta ruunt.

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda fuit canibus non minùs ille suis.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.
Nec veniam læso numine casus habet.

Nube solet pulsâ, candidus ire dies.

Nil prodest, quod non lædere possit idem.
Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modò dat medicina salutem,
Quæque juvat, monstrat, quæque sit herba nocens.
Et latro, & cautus præcingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur innocuas vt agat facundia causas?
Protegit hæc fontes, interitosq; premit.

Non ideo debet pelago se credere, siqua
Audet in exiguo lædere cymba lacu.

Omnia perversas possunt corrumpere mentes.

Ex-

## Lib. III.

Vive tibi, & longè nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumq; potes præclustria vita:
Sævum præclustri fulmen ab arce venit.
Nam quanquam soli possint prodesse potentes,
Non prosunt: potuis plurimum obesse solent.
Effugit hybernas demissa antenna procellas,
Latáque plus parvis vela timoris habent.
Aspicis vt summâ cortex levis innatat vndâ,
Cum grave nexa simul retia mergat onus.

——dum me levis aura ferebat
Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.

Qui cadit in plano——
Sic cadit vt tactâ surgere possit humo.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto
Occurrit regi flebilis vmbra suo.
Quid fiet vt rutas agitaret Dædalus alas?
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic altè, demissus ille volabat:
Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi bene qui latuit, bene vixit; & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.
Non foret Eumedes orbus, si filius ejus
Stultus Achilleos non adamâsset equos.
Nec natum in flammâ vidisset, in arbore natas,
Cæpisset genitor si Phaëtonta Merops.

Vive sine invidiâ: mollesq; inglorius annos
Exige, amicitias & tibi junge pares.

Quo quisq; est major, magis est placabilis iræ:
Et faciles motus mens generosa capit.

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni;
Pugna ſuum finem, cum jacet hoſtis, habet.
At lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi;
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.
Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?
Dardanij lachrymas non tulit ille ſenis.
Quæ ducis Emathii fuerit clementia, Pharos,
Præclariq; docent funeris exequiæ.

Iſta decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaq; in antiquâ fronte ſenilis erit.
Injicietq; manum formæ damnoſa ſenectus,
Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.
Cumq; aliquis dicet, fuit hæc formoſa, dolebis:
Et ſpeculum mendax eſſe querere tuum.

——nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingenijq; bonis.
En ego cum patriâ caream, vobiſque, domoque:
Raptaq; ſint, adimi quæ potuere, mihi:
Ingenio tamen ipſe meo comitorq;, fruorq;
Cæſar in hoc potuit juris habere nihil.
Quilibet hanc ſævo vitam mihi finiat enſe:
Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.

——dat, & quodcunq; libet fortuna, rapitq;
Irus & eſt ſubitò, qui modò Crœſus erat.

——cum ſint præmia falſi
Nulla, ratam debet teſtis habere fidem.

In cauſa facili cuivis licet eſſe diſerto,
Et minimæ vires frangere quaſſa valent.
Subruere eſt arces, & ſtantia mœnia, virtus:
Quamlibet ignavi præcipitata premunt.

Hector

Hector erat tunc cum bello certabat, & idem
Tractus ab Hæmonio non erat Hector equo.

Sævior est tristi Busiride saevior illo,
Qui fallum lentò torruit igne bovem.
Quicq; bovem Siculo fortur donâsse tyranno,
Et dictis artes conciliâsse suas.
Munere in hoc vltus Rex est, sed imagine maior,
Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis à dextrâ latus hoc adapertile tauri?
Hâc tibi (quem perdes) conspiciendus erit.
Protinus inclusum lentis carbonibus vre;
Mugiet, & veri vox erit illa bovis.
Pro quibus inventis, vt munus munere pensES,
Da precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat: at Phalaris, pœnæ mirande repertor,
Ipse tuum præsens imbue, dixit, opus.
Nec mora; monstratis crudeliter ignibus vltus,
Exhibuit geminos ore gemente sonos.

Palladis exemplo, de me fine matre creata
Carmina sunt; sturq; hæc, progeniesq; mea.

## LIB. IIII.

* Hoc est cur cantet vinctus quoq; compede fossor,
Indocili numero cum grave mollit opus.
Cantat & innitens limosæ pronus arenæ,
Adverso tardam qui trahit amne ratem.
Quicq; refert pariter lentos ad pectora remos,
In numerum pulsâ brachia versat aquâ.
Fessus vt incubuit baculo, saxoq; resedit
Pastor, arundineo carmine mulcet oves.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis

* *Nempe vt animum à cogitatione malorum auertat.*

Fallitur ancillæ decipiturq; labor.
Fertur & abductâ Briseide tristis Achilles
Hæmoniâ curas attenuâsse lyrâ.
Cum traheret sylvas Orpheus, & dura canendo
Saxa, his amissâ conjuge mœstus erat.

——carmen demens carmine lætus amo.
Sic nova Dulichio lotos gustata palato,
Illo quo nocuit grata sapore fuit.
Sentit amans sua damna fere, tamen hæret in illis;
Materiam culpæ gaudet sequiturq; suæ.

Mens. * Illa per immensas spatiantur libera terras?
In cœlum celeri pervenit illa via.

——non bene mœnia quondam
Dicitur Iliades transiluisse Remus.

——est quædam flere voluptas,
Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

Cum cecidit Capaneus subito temeratus ictu,
Non legis Evadnen erubuisse viro.
Nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes,
Ipse suis Phaëton inficiandus erat.
Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,
Quod precibus petijt ambitiosa suis.

Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hectora quis nôsset, felix si Troja fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua Tiphy jacet, si non sit in æquore fluctus:
Si valeant homines, ars tua Phœbe jacet.
Quæ latet, inq; bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturq; malis.

Iuppiter

Iuppiter ingenijs præbet sua numina vatum,
Seque celebrari quolibet ore sinit.

Non procul à Ponto locus est vbi Taurica dirâ
Cæde pharetratæ spargitur ara deæ.
Hæc prius (vt memorant) non invidiosa nefandis,
Nec cupienda bonis regna Thoantis erant.
Hic pro suppositâ virgo Pelopeia cervâ
Sacra Deæ coluit qualiacunq; suæ.
Quo postquam dubium pius an sceleratus, Orestes
Exactus furijs venerat ipse suis;
Et comes exemplum veri Phocæus amoris,
Qui duo corporibus mentibus vnus erant:
Proximus evincti tristem ducuntur ad aram,
Quæ stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum,
Alter ab alterius supplice morsus erat.
Et jam constiterat stricto mucrone sacerdos,
Cinxerat & Grajas barbara vitta comas:
Cum vice sermonis fratrem cognovit, & illi
Pro nece complexus Iphigenia dedit.

Tempore rusticolæ patiens fit taurus aratri;
Præbet & incurvo colla premenda jugo.
Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pænorum compescitur ira leonum:
Nec feritas animo quæ fuit ante, manet.
Quæq; sui nescit obtemperat Indus magistri
Bellua, servitium tempore victa subit.
Tempus vt extentos tumeat facit vua racemos:
Vixq; merum capiant grana, quod intus habent.
Tempus & in canas semen producit aristas:
Et ne sint tristi ponta sapore facit.

Hoc

Hoc renuat dentem terram findentis aratri;
Hoc rigidos silices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam sævas paulatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus, mœstaq; corda levat.

Fortior in subrâ novus est luctator arenâ;
Quàm cui sunt tardâ brachia fessa morâ:
Integer est melior nitidis gladiator in armis,
Quàm cui tela fluo sanguine tincta rubent.
Fert bene præcipites navis modò facta procellas;
Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.

In cava ducuntur quassæ navalia puppes,
Ne temerè in mediis dissolvatur aquis.
Ne cadat, & nullas palmas imponeret adepto,
Languidus in pratis gramina carpit equus.
Miles ubi emeritis non est satis utilis annis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.

Hæc mihi si Delphos, Dodonaq; dicerer ipsa,
Esse viderentur vanus vterq; locus.

Nil ita sublime est, supraq; pericula tendit,
Non sis vt inferius supponatumq; Deo.

## Lib. V.

——jacens ripâ deflere Caystrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem.

——medicina malorum
Nulla, nisi in studio est Pieridumq; mea.

Exigis vt nulli gemitus tormenta sequantur?
Acceptoq; gravi vulnere fiere vetas.

Ipse

Ipſe Perillæo Phalaris permiſit in ære
Edere mugitus, & bovis ore queri.

Cum faceret Nioben orbam Laconia prolem
Non tamen & ſiceas juſſit habere genas.
Eſt aliquid fatale malum per verba levare,
Hóc querulam Progne Halcyonemq; facit.
Hoc erat in gelido quare Præneſtius antro
Voce fatigaret Lemnia ſaxa ſua.
Strangulat inclusus dolor, atq; cor æſtuat intus,
Cogitur & vires multiplicare ſuas.

Ingenio ſtimulos ſubdere fama ſolet.

Telephus æternâ conſumptus tabe periſſet,
Si non quæ nocuit dextra tuliſſet opem.

Triſtitiæ cauſam ſi quis cognoſcere quærit,
Oſtendi ſolem poſtulat ille ſibi.
Nec frondem in ſylvis, nec aperto mollia prato
Gramina, nec pleno flumine cernit aquas.
Quid Priamus doleat mirabitur Hectore capto?
Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.

Conſilio, commune ſacrum dum fiat in aræ
Fratribus alterna qui periere manu;
Ipſa ſibi diſcors, tanquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra favilla duas.

——Adverſis probitas excercita rebus
Triſti materiam tempore laudis habet.
Si nihil infeſti durus vidiſſet Vlyſſes,
Penelope felix ſed ſine laude foret.
Victor Echioniæ ſi vir penetraſſet in arces?
Forſitan Evadnen vix ſua nôſſet humus.

Cum

Cum Pelix genix pot sint, cur nobilis vna eli?
Nempe fuit misero nupta quod vna viro.
Effice vt Iliacas tangat prior aluus arenas,
Laodamcia nihil cur referatur erit.

Fluctibus in mediis nauem (Palinure) re linquis.
Ne fuge; neve tua sit minor arte fides.
Nunquid Achilleos inter fera pralia fulit
Defensit leuiust Automedontis equos?
Quem semel excepit nunquam Rhodopeius agro
Promissam medicx non mlit artis opem.

Turpius ejicitur quam non admittitur hospes.
——quoties Agamemnonae nocuit
Dixisse in Pyladen verba proterua putas?
Nec procul à vero est quod vel pulsarit amicum,
Mansit in officiis non minus ille suis.
Quae modo ab Euboicis lacerata est fluctibus, audet
Graia Cepharea carrere puppis aqua.

Non minus dubio fortunae stantis in orbe
Numen, & exosae verbo superba deae?
Vilia qui quondam miseris alimenta negauit,
Nunc mendicato pascitur ille cibo.

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Sed modo laeta manet, vultus modo fronte, severos,
Et tantum constans in leuitate sua est.

Si numeres anno soles & nubila toto,
Inuenies nitidum saepius esse diem.

Canem

——canem pauidæ tibi tum vestigia cerua
Luctantem frustra copula dura tenet.
Atq; fores nondum reserati carceris aces
Nunc pede, nunc ipsâ figuæ lacessit equas.

——vt in mare flumina vastum,
Sic solet exiguæ curret è riuus aquæ.

Exigis vt Priamus natorum funere plangat
Et Niobe festos ducat vt orba choros?

Plus valet humanis viribus ira dei.

——Ingenium longâ rubiginе læsum
Torpet, & est multò quam fuit ante minus.
Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Tempore qui longo steterit, malè currit: & inter
Carceribus missos vltimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariem, rimisq; dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacauit aquis.

——non parvas animo dat gloria vires,
Et fæcunda facit pectora laudis amor.

Non potes in mœstos omnis abire rogos.

Nil feret ad manes diuitis vmbra suos.

Esse bonum facile est, vbi quod vetat esse remotum est.

Cum Deus intonuit non se subducere nimbo
Id demum est pietas, id sociale amor.
Rara quidem est virtus, quam non fortuna gubernat,
Quæ maneat stabili, cum fugit illa pede.

Aspicis

Aſpicis vt lango teneat laudabilis æuo
Nomen inextinctum Penelopea fides?
Cernis vt Admeti casumiæ, vt Hectoris vxor?
Aufugio accenſos Hyplius ire rogos?
Vt vivat famâ coniux Phylaceia, cujus
Iliacam celeri vir pede preſſit humum?

Qui monet vt facias quod jam facis, ille monendo
Laudat; at hortatu comprobat acta ſuo.

# SENTENTIÆ, EXEMPLA, ET Loci Communes, ex quatuor Libris *Pub. Ovid. Nasonis de Ponto collecta.*

## LIB. I.

——latere
Sub tare privato tutius esse putant.

Adjuvat in bello pacatæ ramus olivæ.

Cum foret Æneæ cervix subjecta parenti,
Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.

Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire,
Isfantem Pharia tinnula sistra manu?
Ante deum matrem cornu sibi curva adunco
Cum canit, exiguæ quis stipia æra neget?

Ipsa movent animos superorum numina * nostros, * Postros.
Turpe nec est tali credulitate capi.

Vidi ego linigeræ numeri violasse frementem
Isidis, Iliacos ante fodere focos.

Sæpe levant pœnas, ereptaq; lumina reddunt,
Cum bene peccati pœnituisse vident.

Cum

Cumq; sit exilium magis est mihi culpa dolori:
Estq; pati pœnam, quàm meruisse minus.

Pœnam potest demi, culpa perennis erit.
Mors faciet certè ne sim cum veneris exul,
Ne non peccârim, mors quoq; non faciet.

Fœlicem Nioben quamvis tot funera vidit,
Quæ posuit septem fœta ferta malis,
Vos quoq; fœlices, quarum clamantia fratrem,
Cortice velavit populus ora novo,
Ille ego sum, lignum qui non admittor in vllum:
Ille ego sum, frustra qui lapis esse velim.
Ipsa Medusa oculis veniat licet obvia nostris,
Amittet vires proximus ipsa suas.

——inconsumptum Tyrij sentpergq; renascens
Non perit, vt possit sæpe perire jecur.

* Descriptio belli principis in Anglo. * Non tibi Theromedon, crudiq; togabitur Atreus,
Quiq; suis hominem pectoris fecit equis?
Sed piget ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Quiq; dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui vincit semper, victus vt parcere possit,
Clausit & æternâ civica bella fera.
Multa metu pœnæ, pœnâ qui pauca coercet,
Et jacit invictâ fulmina rara manu.

——Machaonijs Pæanius artibus heros,
Lenito medicam vulnere sensit opem.

Non est in medicis, semper releventur vt ægri:
Interdum docta plus valet arte malum.
Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
Sanabit nullâ vulnera cordis ope.

Tollent

Tollere podosam nescit medicina podagram:
Nec formidatis auxiliatur equis.

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat
Fumum de patrijs posse videre focis.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Cum bene sint clausæ caveâ Pandione natæ
Nititur in sylvas quæq; redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones
Nec feritas illos impedit, antra petunt.

I nunc & veterum nobis exempla virorum,
Qui forti casum mente tulere, refer.
Et grave magnanimi robur mirare Rutili,
Non vsi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit non Pontus, & hostica tellus,
Smyrna minus nullo pœne petenda loco.
Non doluit patriâ Cynicus procul esse Sinopeus,
Legit enim sedes Attica terra tuas.
Arma Neoclidæ qui Persica concidit armis,
Argolicâ primam sensit in vrbe fugam.
Pulsus Aristides patriâ Lacedæmona fugit.
Inter quas dubium, quæ prior esset, erat.
Cæde puer factâ Patroclus Oputia reliquit,
Thessalicamq; adiit hospes Achillis humum.
Exul ab Æmoniâ Pirenida cessit ad vndam,
Quo duce trabs Colchâ sacra cucurrit aquâ.
Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus,
Poneret vt muros in meliore loco.
Venit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus,
Et Teucrum Veneri grata recepit humus.

Cernis vt in duris, (& quid bove firmius?) arvis
Fortia taurorum corpora frangat opus.

Quæ nunquam vacuo solita est cessare novali
Fructibus assiduis lassa senescit humus.
Occidit ad Circenses quis certamina semper
Non interpellis cursibus ibit equus.
Firma sit illa licet solvetur in æquore navis,
Quæ nunquam liquidis ficca carebit aquis.

Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis,
Immodicus contrà carpit virumq; labor.
Cetnis vt ignavum corrumpant otia corpus:
Vt capiant vitium ni moveantur aquæ.

——est cupidis studiorum quisq; suorum.
Tempus & assiduè ponere in arte juvat.
Sanctus eiurat pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis,
Et ducit remos qui modò navis, aquas.

—— non sum qui segnia dicam
Otia: mors nobis tempus habetur iners.
Nec juvat in luctum nimio marcescere vino,
Nec tenet incertas alea blanda manus.

Cum dederis somno, quas corpus postulat horas,
Quo ponas vigilans tempora quæve modo?

Quem fortuna dedit, Roma sit ille locus.

Artibus ingenuis ——
Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.

* Spec. * Hæc dea cum fugerent sceleratas numina terras,
In(dijs invisa)sola remansit humo.
Hæc facit vt vivax fossor quoq; compede vinctus.

Liberaq;

Liberáq; à ferro crura futura putes.
Hæc facit vt videat cùm terras vndiq; nullas
Naufragus in mediis brachia jactet aquis.
Sæpe aliquem ſollers medicorum cura reliquit,
Nec ſpes huic venæ deficientis adeſt,
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem
Atq; aliquis pendens in crucе vota facit.
Hæc dea quàm multos laqueo ſua colla ligantes
Non eſt propoſitâ paſſa perire nece.

——nulla potentia vires
Præſtandi, ne quid peccet amicus, habet.

——non eſt mirabile, ſi quis,
A Ioue perciſſus non leue vulnus habet.
Ipſe ſuas quamvis vires inhiberet Achilles,
Miſſa graves ictus Pelias haſta dabat.

——non cenſus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniúmq; facit.

Nectar & Ambroſiam, lapices epulúſq; deorum
Præbet formoſa grata Iuventa manu.

## Lib. II.

Ruperet vtilibus quoties pigra imbribus agros
Miſta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet.

Numina vt à cunctis hilari pietate colantur,
Triſtitiam poni per ſua feſta jubent.

Non ego concepi, ſi Pelion Oſſa tuliſſet,
Clara meâ tangi ſidera poſſe manu.

Nec nos Enceladi dementia castra secuti,
In rerum dominos inovimus arma deos.
Nec quod Tydidæ temeraria dextera fecit,
Numinis hinc telis vlla petita mei.

Puppis Achimenidem Graium Trojana recepit,
Profuit & Mysо Pelias hasta duci.
Confugit interdum templi violator ad aram
Nec petere offensi numinis horret opem.

Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?
Sæpe creat molles aspera spina rosas.
Qui rapitur, spumante salo, sua brachia campi
Porrigit ad spinas duraq; saxa manus.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales,
Audet in humanos fessa venire sinus.
Nec se vicino dubitat committere tecto
Quæ fugit infestos territa cerva canes.

* Boni principis descriptio.

——* placidus facilisq; parens, venitq; paratus,
Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat.
Qui cum triste aliquid statuit, sic tristis, & ipse
Cuiq; fero pœnam sustinet, pœna sua est.

Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur:
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Cura quid expediat prior est, quam quid sit honestum,
Et cum fortuna statq; cadit q; fides,
Nec facilè inveneris multis de millibus vnum
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non movet, & gratis pœnitet esse probum.
Nil nisi quod prodest charum est: en detrahe menti
Spem fructus avidæ, nemo petendus erit.

At reditus jam quisq; suos amat, & sibi quid sit
Vtile, sollicitis computat articulis.

Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.

Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est;
Quæ simul intonuit proxima quæq; fugat.

En ego non pauci quondam munimus amicis,
Dum flavit velis aura secunda meis.
Vt fera nimboso tumuerunt æquora vento,
In mediis lacerâ nave relinquor aquis.

——mercede caret, per seq; petenda est
Externis virtus, incomitata bonis.

Mitius est lasso digitum supponere mento,
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.

Pirithoum Theseus Stygias comitavit ad vndas.

Adfuit insano juvenis Phocæus Oresti.

Non ego si biberes securæ pocula Lethes
Excidere hæc credam pectore posse tuo.

Candor in hoc ævo res intermortua pœnè,

——sunt tua pectora lacte
Et non calcatâ candidiora nive.

——ingeniis aliqua est concordia junctis,
Et servat studii fœdera quisq; sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ navita puppis amat.

Cùm possem recto transire Ceraunia velo,
Vt secta vitarem saxa notandus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest dicere facto?
Qua mea debuerit effugere cymba viâ?

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nullâ parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passis flare tenaci,
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere, amicum
Et nisi sit fœlix, esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio atq; Agamemnone nati:
Non hæc Æginæ Pirithoëq; fides.

Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est læsus fallaci pisce ab hamo
Omnibus vnica cibis ira subesse putat.
Sæpe canem longè visum fugit agnus, lupum q;
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoq; saucia tactum,
Vanaq; sollicitis incitat vmbra metum.

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.

Tempus in agrorum cultu consumere, dulce est.

Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
Quiq; Deum coram corpora vera, vident.
Quod quoniam nobis inuidit inutile fatum
Quos dedit ars vultus effigiemq; colo.
Sic homines nouere deos, quos aureus æther
Occulit, & colitur pro Ioue, forma Iouis.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.

Quid

——quid erit quare soluto dignemur honore
Numina, si demas velle iuvare deos?
Iupiter oranti surdas si præbeat aures,
Victima pro templo cur cadet icta Iovis?
Si placem nullam pontus mihi præstet cunsi,
Irrita Neptuno cur ego Thura feram?
Vana labor sanctis si sint vota Colonis,
Accipiet gravidæ cur suis extra Ceres?
Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho,
Musta sub inducto si pede nulla fluant.

Conveniens homini est hominem servare voluptas,
Et melius nullâ quæritur arte favor.
Quis non Antipaten Læstrigona devovet? aut quis
Munifici mores improbat Alcinoi?

——ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Ne tua marcescant per inertes ocia somnos,
Lucida Pieriâ tendis in astra viâ.

Nominis ante mei veniens oblivia nobis,
Pectore quàm pietas sit tua pulsa meo.

Acer & ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

## Lib. III.

Exposuit memes populo fortuna videndum,
Et plus notitiæ, quàm fuit ante, dedit.
Notior est factus Capaneus de fulminis ictu,
Notus hasto merito Amphiaraus equo.

Si minus errâsset nouis minus esset Vlysses:
Magna Philoctetæ vulnere fama suo est.

Fortibus assuevit tubicen prodesse, suoq;
Dux bene pugnantes incitat ore viros.

Gratia si nulla est lachrymæ tibi grata fiant.
Hâc potes, aut nullâ parte movere deos.

Quid trepidas, & adire times? non impia Progne,
Filiave Æetæ voce movenda tuâ est.
Nec nurus Ægisthi, nec sæva Agamemnonis vxor,
Scyllaque, quæ Siculas inguine terret aquas.
Telegonive parens vertendis nata figuris,
Nexaq; nodosas angue Medusa comas:
Femina sed princeps, in qua fortuna videre
Se probat, & cæcæ crimina falsa nitet.

Eligito tempus captatum sæpe roganti,
Exeat aduersâ ne tua navis aquâ.

Non semper sacras reddunt oracula sortes,
Ipsaq; non omni tempore, fana patent.

Interdum lacrymæ pondera vocis habent.

Cum feriant vnum, non vnum fulmina terrent,
Iunctaq; percusso turba pavere solet.
Cumq; dedit paries venturæ signa ruinæ,
Sollicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non è tumidis ægri contagia vitat
Vicinum metuens ne trahat inde malum?

Corpora debentur mœstis exanguia bustis

Effugiunt ſtructos nomen honorq; rogos.
Occidit & Theſeus, & qui comitavit Oreſtem:
Sed tamen in laudes vivit vterq; ſuas.

Nomen amicitiæ barbara corda movet,

Firma valent per ſe, nullumq; Machaona quærunt,
Ad medicam dubius confugit æger opem.

Scilicet affectus ſimiles aut impetus idem
Rebus ab auditis conſpicuiſq; venit?

Plauſibus ex ipſis populi lætoq; favore
Ingenium quodvis incaluiſſe poteſt.

Gratia, ab officio quod mora tardat, abeſt,

——lædere vivos
Livor, & injuſto carpere dente ſolet.

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas,
Hâc ego contentos augurorefſe deos.
Hæc facit vt veniat pauper quoq; gratus ad aras,
Et placeat cæſo non minus agna bove.

Gratiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum decerpere ramo
Quam de cælatâ ſumere lance juvat.

——menti quolibet ire licet.

Fulminis affiatos interdum vivere telis
Vidimus, & refici non prohibente Iove.
Nec quia Neptunus navem laceraràt Vlyſſis
Leucothoe nanti ferre negavit opem.

——miſeris

——miseris sæleſtia numina parcunt,
Nec semper læsos & sine fine premunt.

Sæva quid in placidis saxa veteris aquis?

Ductus ab armento taurus detrectat aratrum
Subtrahit & duro colla novella jugo.

Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera quæ melius non tetigisse fuit.

Miciis ille perit subitâ qui mergitur undâ,
Quidni sua qui liquidis brachia laſſat aquis.

Non eadem ratio est sentire & demere morbos;
Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.

## Lib. IIII.

Da mihi (si quid ea est) hebetantem pectora Lethen
Oblivas potero non tamen esse tui.

Quis mel Aristæo, quis Baccho vina falerna?
Triptolemó fruges, poma det Alcinoo?

Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ
Qui mecum velles currere, primus eras.
Nunc, quia contraxit vultum fortuna, recedis,
Auxilio postquam scis opus esse tuo.

Quid facis, ah demens? cur, si fortuna recedat,
Naufragio lachrymas eripis ipse tuo?
Hæc dea non stabili quidni sit levis orbe fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio, quavis incertior aurâ.

Omnia

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.
Et subito casu quæ valuere ruunt.
Divitis ædibus est cui non opulentia Cræsi?
Nempe tamen vitam cautus ab hoste tulit.
Ille Syracusiâ modò formidatus in urbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno majus? tamen iple rogavit
Submissa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis
Indigus effectus omnibus ille magis.
Ille Iugurthino clarus Cymbroq; triumpho;
Quo victrix toties consule Roma fuit:
In cœno jacuit Marius, cannâq; palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

Nulla dies adeo est australibus humida nimbis
Non intermissis vt fluat imber aquis.
Nec sterilis locus vllus ita est, vt non fit in illo
Mixta fere duris vtilis herba rubis.

——prius vmbrosâ caritura est arbore syiva,
Et fréta vellvolas non habitura rates.
Fluminaq; in fontes cursû rédditura supino,
Gratia quàm meriti possit abire tui.

Mollior est animo fœmina nulla tuo.

——Thyestex redeant si tempora mensæ
Solis ad Eoas currus agentur equas.

——tantum virtus alios tua præterit omnes
Ante ætnos quantum Pegasus ibat equos.

——qui quàm ponit dat maxima, gratus abundè est.
Et finem pietas contigit ista suum. Nec

Nec quæ de parcâ pauper Dijs lóbat acernâ,
Tura minus grandi quam data lance, valent.
Agnaq; tam lactens, quam gramine pasta falisco
Victima Tarpeios inficit icta focos.

——tibi nec docti desunt, nec Principis artes,
Mista sed est animo cum Iove mula tuo.

Carmine fit vivax virtus, expertq; sepulchri,
Notitiam sera posteritatis habet.

Tabida consumit ferrum lapidemq; vetustas,
Nullaq; res majus tempore robur habet.
Scripta ferunt annos; scripsit Agamemnona nostri,
Et quisquis contra, vel simul arma tulit.
Quis Thebas septemq; duces sine carmine nosset?
Et quicquid posthæc quicquid & ante fuit?
Dij quoq; carminibus (si fas est dicere) fiunt,
Tantaq; maiestas ore canentis eget.
Sic Chaos ex illâ naturæ mole prioris
Digestum, partes scimus habere suas:
Sic affectantes cœlestia regna gigantes
Ad Styga nubifero vindicis igne datos:
Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,
Alcides captâ traxit ab Oechaliâ.

Dijs ego do toties cum ture precantia verba,
Eoo quoties surgit ab orbe dies.

* Deus.

* Tu nostras audis, inter convexa locatus
Sydera, sollicito quas damus ore preces.

Gutta cavat lapidem; consumitur annulus usu;
Et teritur pressâ vomer adúncus humo.

Exemplum est animi nimium patientis Vlyssei,
Iactatus dubio per duo lustra mari.

Et

Est præstandus amor, res non onerosa volenti;
Quis labor est, puram non temerasse fidem?

Tam mala Thersiten prohibebat forma latere
Quam pulchrâ Nereus conspiciendus erat.

—— grata est Latonæ Delia tellus,
Errantiq; tutum quæ dedit vna locum.

SEN.

# SENTENTIÆ, EXEMPLA, ET Loci Communes, ex Octo Libris *Amatorij Pub. Ovid. Nasonis collecta.*

## Lib. I.

Quid, si præripiat flavæ Venus arma Minervæ?
Vincitur accensas flava Minerva faces?
Quis probet in sylvis Cererem regnare jugosis?
Lege pharetratæ virginis arva colit?
Crinibus insignem quis acuta cuspide Phœbum
Instruxit, Aoniam Martis movente lyram?
—— in vacuo pectore regnat amor.

Cedamus? an fœbicam luctando accendimus iram?
Cedamus. Leve fit, quod bene fertur, onus.
Vidi ego jactatas mota face crescere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.
Verbera plura ferunt quidem quos jurat vim arantis,
Dereciant prefli dum juga prima boves.
Asper equus duris contemnit ora lupatis,
Fræna minùs sentit quisquis ad arma facit.
Non tibi lasus, armis victus inermis ero.

Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina, si nostri sanguinis auctor eques:
Nec meus innumeris renovatur campus aratris,
Temperat & sumtis pascua vestra pecus:
At Phœbus, comitesq; novem vatesq; reperti,
Hoc facimus, & me quis tibi donet, amor.
Et non cessuri nisi Dijs fide cruciat mortis,
Nudaq; simplicitas, purpureusq; pudor.

Tecum, quos dederint annos mihi fata sororum,
Vivere contingat, teq; dolente mori.

Carmine nomen habet exeuntis cornibus Iô,
Et quàm flumineâ lusit adulter ave.
Quæq; super pontum simulato vecta juvenco,
Virgineâ tenuit cornua falsa manu.

Desine mirari, positâ quòd candida vitta,
Attacis ambiguos traxit in arma viros.

Multa miser timeo, quia feci multa proterve,
Exemplicq; mens torquitur ipsa mei.

Nox, & amor, vinumq; nihil moderabile suadent,
Illa pudore vacat, liber, amorque metu.

——clypei dominum septemplicis Aiax,
Servavit, depressâ jacens per arma, gregem
Et vinder in mortem, gravia inimica vitæ: Circites
Ausus in arcanas proficere ora deas.

Pessima Tydides scelerum monimenta reliquit,
Illè deam primus perculit, ——

Quamlibet infirmas adjuvat ira manus.

Penelope

Penelopæ vires juvenum centumbus in arcu,
Qui latus arguerat, cornua curva tetet.

Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas,
Et celer admissis labitur annus equis.
Æra nitent viri, vestis bona quærit haberi,
Canescunt nupri tecta relicta situ.

Ipse deus vatum, palla spectabilis aurea,
Tractat Iliaca carmina cum cithara.

Qui dabit, ille tibi magno sit major Homero.
(Credo mihi) res est ingeniosa dare.

——nunquam dederis spatiosum tempus in iram,
Sæpè timultates ira morata facit.

Lingua juvet, mentemq; regat, blandire, noceque,
Impia sub dulci melle venena latent.

Quis, nisi vel miles, vel amans, & frigora noctis,
Et denso mistas perferet imbre nives?

Sæpe soporatos invadere profuit hostes,
Cædere & armatâ vulgus inerme manu.
Sic fera Threicii cecidérunt agmina Rhesi,
Et dominum capti deseruistis equi.

Et puer est, & nudus amor: sine sordibus annos,
Et nullas vestes, ve sit apertus, habet.

Sumite in exemplum pecudes ratione carentes.
Turpe erit ingenium mitius esse feris.

Non bene conducti vendunt perjuria testes,
Non bene scelesti judicis arca patet.

Turpe

Turpe reos unâ miseros defendere linguâ,
Quod facias magnâs turpe tribunal opes.

Turpe tori sedibus cultus augere paternos,
Et faciem lucro prostituisse suam.

Gratia pro rebus meritò debetur inemptis.

Omnia conductor solvit mercede soluta
Non manus officio debitor ille tuo.

Non habet eventus sontida præda bonos.
Non fuit ærumnas tanti pro pelle Sabinas,
Vt premerent sacræ virginis arma caput.
Ex quibus exierat, traiecit viscera ferro
Filius, & pœnæ causa monile fuit.

Carpite de plenis pendentes vitibus vuas,
Præbent Alcinoi poma benigna rogi.

Scindentur vestes, gemmæ frangentur & aurum,
Carmina quam tribuent, fama perennis erit.

Non dare, sed pretium posci dedignor, & odi.
Quod nego poscenti, desine velle, dabo.

Ex tacito vultu, scire futura licet.

Facta manu, culpâq; tuâ dispendia sentis.

Quid mihi livor edax ignavos objicis annos?
Ingeniiq; vocas carmen inertis opus?
Non me more patrum, dum strenua sustinet ætas,
Præmia militiæ pulverulenta sequi?
Nec me verbosas leges edisserere, nec me
Ingrato voces prostituisse foro?

Vivet Mæonides, Tenedos dum stabit, & Ide
Dum rapidas Simois in mare volvet aquas.
Vivet & Ascræus, dum mustis vua tumebit,
Dum cadet incurvâ falce resecta Ceres.
Battiades toto semper cantabitur orbe:
Quamvis ingenio non valet, arte valet.
Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno,
Cum sole, & Luna semper Aratus erit.

—— cùm silices, cùm dens patientis aratri
Depereant ævo, carmina morte carent.
Cedant carminibus reges, regumq; triumphi,
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur vulgus, mihi flavus Apollo,
Pocula Castalia plena ministret aquâ.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemq; tuetur honor.
Ergò etiam cùm me supremus adulerit ignis,
Vivam, parsq; mei magna superstes erit.

## Lib. II.

——Quem metuit, quisq; perisse cupit.

Aspicis indicibus nexas per colla catenas,
Squallidus orba fide pectora carcer habet.
Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.

Dum nimium servat custos Junonius Io,
Ante suos annos occidit; ulla dea est.

Mollis in obsequium, facilisq; rogantibus esto.

Non

Non ego mendosos ausim defendere mores,
Fallaq; pro vitiis arma movere meis.
Confiteor, si quid prodest delicta fateri,
In mea nunc demens crimina fassus eo.
Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi.
Heu quàm quod studeas ponere, ferre grave est!
Nam desunt vires ad me mihi, iussa; regendum,
Auferor vt rapidâ concita puppis aquâ.

Ferreus est, nimiumq; suo fauet ille dolori,
Cui petitur victo palma cruenta reo.

Vivit edax vultur, ducitq; per aëra gyros
Milvius, & pluuiæ Graculus auctor aquæ.
Vivit & armigeræ Cornix inuisa Mineruæ,
Illa quidem sæclis vix moritura nouem.
Occidit illa loquax humanæ vocis imago
Psittacus, ——.

Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris,
Implentur numeris deteriora suis.
Tristia Phyllacidæ Thersites funera vidit,
Iamq; cinis, viuis fratribus, Hector erat.

Æquo animo pœnam qui meruêre, ferunt.

Aspice, vt auritus miserandæ sortis asellus
Assiduo domitus verbere, tardus eat.

—— Æmonius, quem cuspide perculit Heros,
Confossum medicâ postmodò iuvit ope.

Victor sequitur fugientia, capta relinquit,
Semper & inuentis vlteriora petit.

Pessus in acceptos miles deducitur agros
Mittitur in salsus carcere liber equus.
Longaq; subducta celant nausalia pinum;
Tutoq; deposito poscitur ense, rudis.

Infelix, totâ qui cunctq; quiescere nocte
Sustinet, & somnos præmia magna vocat.
Scuire quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Quid folia arboribus, quid pleno sydera cælo?
In fœta collectas utra quid addis aquis?

Induat adversis contraria pectora telis
Miles, & æternum sanguine nomen emat:
Quærat avarities opes, & quæ lassârit eundo
Æquora, periuro naufragus ore bibat.
At mihi contingat cultori Pallidis esse.

Prima malas docuit mirantibus æquoris vndas,
Pelaco pinus vertice cæsa viæ.
Quæ concurrenteis inter temeraria cautes,
Conspicuam fulvo vellere vexit ouem.

Serò respicitur tellus, vbi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.

Hæc est præcipuo victoria digna triumpho,
In qua quæcunq; est sanguine præda caret.

Pergama cùm caderent bello superata bilustri,
Ex toi in Atridis pars quota laudis erat?

Fœmina sidueſtres Lapithas, populumq; bisormem
Turpiter apposito vertit in arma mero.

Fas

Fœmina Troianos iterum noua bella mouere,
Impulit in regno iuste Latine tuo.
Fœmina Romanis iterum nunc vrbe recenti
Immisit soceros, armaq; sæua dedit.

Dij faciles peccâsse semel concedite tutò:
Et satis est: pœnam culpa secunda ferat.

Non ego, si medius Pollux & Castore ponar,
In cœli sine te * parte fuisse velim. O amice.
Tecum vel Libycas ausim perrumpere Syrteis;
Et dare non æquis vela ferenda Notis.
Non quæ virgineo portenta sub inguine latrant,
Nec timeam vestros curva Malea sinus.
Nec quas subtersis ratibus saturata Charybdis
Fundit, & effusas ore receptat aquas.

Vlmus amat vites: vitis non deserit vlmos.

Si quis erit, qui turpe putet parere magistris,
Illo convincar iudice turpis ego.

Quod licet, ingratum est, quod non licet, acriùs vrit.

Si nunquam Danaën habuisset ahenea turris,
Non esset Dânæ de Ioue facta parens.
Dum servat Iuno mutatam cornibus Io,
Facta est, quàm fuerat, gratior ipsa Iovi.
Quod licet, & facilè est, quisquis cupit, arbore frondes
Carpat, & è medio flumine sumat aquam.

## Lib. III.

Fabula (nec sentis) totâ iactaris in vrbe.

Dum tua postposito facta pudore refers.

Obruit exiguas Regia vasta fores.

Ah quàm pænè Pelops Pisæo concidit ense,
Dum spectat vultus Hippodameia tuos.

In flammam, flamma, in mare fundis aquas.

Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adsis,
Artifices in te vertit Minerva manus.
Ruricolæ Cereri, tenerove assurgite Baccho,
Pollucem pugiles, Castora gaudet equis.

Esse deos credamne? fidem jurata fefellit,
Et facies illi, quæ fuit ante, manet.
Quàm longos habuit nondum jurata capillos,
Tam longos: postquam numina læsit, habet.
Candida, candoremve roseo suffusa rubore
Ante fuit, niveo lucet in ore rubor.
Per erat exiguus, pedis est aptissima forma,
Longa decensq; fuit, longa decensq; manet.
Argutos habuit, radiant vt sydus ocelli,
Per quos mentita est perfida sæpe mihi.

Impiis. * Nobis sæcifero Mavors accingitur ense,
Nos petit invicta Palladis hasta manu.
Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus,
In nos alta Iovis dextera fulmen habet.

Iupiter igne suo lucos iaculatur, & arces;
Missa pios homines tela ferire vetat.

——Semele miserabilis arsit:
Officio est illi pœna reperta suo.

At

At si venturo se subduxisset amanti,
Non pater in Baccho matris haberet onus.

Quid queror? & toto facio conuitia cœlo?
Dij quoq; habent oculos: Dij quoq; pectus habent.

Si deus ipse forem, numen sint fraude licerent
Nemo mendaci falleret ore meum.

Si qua meis demens posita est, ea denique casta est,
Quæ, quia non licuit, non facit, illa facit.
Vt iam seruâris bene corpus, adultera mens est,
Nec custodiri, si velit, vlla potest.
Nec mentem seruare potes, licet omnia claudas,
Omnibus exclusis intus adulter erit.
Cui peccare licet, peccat minus, ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Desine (crede mihi) vitijs irritare vetando,
Obsequio vinces aptius ipse tuo.
Vidi ego nuper equum contra sua frena tenacem,
Ore reluctanti fulminis ire modo.
Constitit, vt primùm concessas sensit habenas,
Frænaq; in effusas laxa iacere iubas.
Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata,
Sic interdictas semper amamus aquas.

Centum fronte oculos, centum cervice gerebat
Argus, & hos vnus sæpè fefellit amor.
In thalamo Danaë saxo, ferroq; perenni,
Quæ fuerat virgo credita, mater erat.

Penelope mansit, quamvis custode careret,
Inter tàm multos intemerata procos.
Quidquid servatur, cupimus magis, ipsaq; furem
Præda vocat, pauci, quod finis alter, amant.

——Placet inconcessa voluptas.

Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura senectus,
Cùm desit numeris ipsa juventa suis?

Quid mihi fortunæ tantum? quid regna sine vsu?
Quid mihi possedi diues auarus opes?
Sic aret mediis taciti vulgator in vndis,
Pomaq; quæ nullo tempore tangat, habet.

Quid juvat ad surdas si cantes Phœbe sures?
Quid miserum Thamyram picta tabella juvat?

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,
At nunc barbaries est grandis, habere nihil.

Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro,
Corruptæ pretium virginis ipse fuit.

——cùm regna senex cœli Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humus.
Æraque, & argentum cumq; auro ponderis æqui,
Manibus admôrat, nullaq; massa fuit.
At meliora dabat curvo sine vomere sulcus,
Pomaque, & in quercu mella reperta cavâ.
Nec valido quisquam cerrum scindebat aratro,
Signabat nullo limite fossor humum.
Non freta dimissi verrebant erua remi,
Vltima mortali tum via limus erat.
Contra te solers hominum natura fuisti,
Et nimium damnis ingeniosa tuis.
Quid tibi turriris mœnibus urbes?
Quid tibi discordes addere in arma manus?
Quid tibi cum pelago terra contenta fuisses.

Cur

Cur non & cælum tertia regna petit?
Quâ licet, affectas cælum quoq; : templa Quirinus,
Liber, & Alcides, & modò Cæsar habent.
Eruimus terrâ solidum pro frugibus aurum,
Possidet inuentas sanguine miles opes.
Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde grauis judex, inde seuerus eques.

——sacri Vates, & diuûm cura vocamur,
Sunt etiam qui nos numen habere putent.

——omne sacrum mors importuna profanat,
Omnibus obscuras injicit illa manus.
Quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo?
Carmine quid victas obstupuisse feras?
Et Linon in sylvis idem pater obruit Argis,
Dicitur invitâ concinuisse Lyrâ.
Aspice Mæoniden, à quo ceu fonte perenni
Vatum Pierijs ora riganntur aquis.
Hunc quoq; summa dies nigro submersit Averno,
Effugiunt avidos carmina sola rogos.
Durat opus Vatum, Troiani fama laboris,
Tardaq; nocturno tela retexta dolo.

Cùm rapiant mala fata bonos (ignoscite fasso)
Solicitor nullos esse putare deos.
Viue pius moriere tamen, cole sacra, colentem
Mors tamen à templis in cava busta trahet.

——iacet ecce Tibullus,
Vix manet ex toto parva quod vrna capit.
Tene sacer Vates flammæ rapuere rogales?
Pectoribus pasci nec timuere tuis?
Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Vrere, quæ tantum sustinuere nefas.

To

Ceres. * Te deas munificam genres vbicunq; loquuntur,
Nec minus humanis inuidet illa bonis.
Ante nec hirsuti torrebant farra coloni,
Nec nouum terris area nomen erat.
Sed glandem Quercus oracula prima ferebant,
Hæc cibus, & teneri cespitis herba torus.
Prima Ceres docuit iugelcere lemen in agris,
Falce coloratas fibsecuitq; comas.
Prima iugis tauros supponere colla coëgit,
Et veterem curuo dente reuellit humum.

Cretes nutrito terra superba Ioue.
Illic syderæum nouidi qui temperat arcem,
Exiguis tenero lac bibit ore puer.

Pastor. Per * nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rapidos, inguinibusq; canes.
Nos pedibus dedimus pennas, nos crinibus angues,
Victor Abantiades alite fertur equo.
Iidem per spatium Tytion porreximus ingens,
Et tria vipereo fecimus ora cani.
Fecimus Encelados, quos aut sit mille lacertis,
Ambiguæ captos virginis ore viros.
Æolios Ithacis inclusimus vtribus Euros,
Proditor in medio Tantalus vnde sitit.
De Niobe silicem, de virgine fecimus vrnam,
Concinit Odrysium Cæcropis ales Itym.
Iuppiter aut in auem, aut se transformat in aurum,
Aut secat impositâ virgine taurus aquas.
Protea quid referam, Thebanaq; semina dentes?
Qui vomerent flammas ore fuisse boues?
Flere genis electra tuis auriga sororis,
Quæq; rates fuerant nunc maris esse deas?
Auersumq; diem mensis furialibus Atrei,
Duraq; percussam saxa secuta lyram?

Exis

Exit in immensum fœcunda licentia Vanum,
Obligat historicâ nec sua verba fide.

Non peccat, quicunq; potest peccâsse negare,
Solaq; deformem culpa professa facit.

Quis furor est, quæ nocte latent, in luce fateri?
Et quæ clàm facias, facta referre palam?

Tu tua prostitues famæ peccata ruinæ?
Commiti perages iudicium q; tui?
Sit tibi mens melior, saltemq; imitare pudicos,
Teq; probum, quamvis non eris, esse putem.

## Lib. IIII.

Arte citæ, veloq; rates, remoq; reguntur:
Arte leves currus, —

Curribus Automedon, lentisq; erat apius habenis,
Tiphys in Æmoniâ puppe magister erat.

*Qui toties socios, toties perterruit hostes, *Achilles,
Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas Hector sensurus erat, poscente magistro
Verberibus iussas præbuit ille manus.

Scit benè venator, cervis ubi retia tendat,
Scit benè, quâ frendens valle moretur aper.
Accupibus noti frutices, qui sustinet hamos,
Nouit quæ multo pisce natentur aquæ.

Andromeden Perseus nigris portauit ab Indis,
Et Rapta est Phrygio Graia puella viro.

Vt redit ita; frequentis longum formica per agmen,
Granifero solitum dum vehit ore cibum,
Aut vt apes, saltusq; suos & olentia nactæ
Pascua, per flores, & Thyma summa volant: Sic.

Et fugiunt aquilas, timidissima turba, columbæ,
Atq; fugit visos agna novella lupos:

Cæsaribus virtus contigit ante diem,
Ingenium cæleste suis velocius annis
Surgit, & ignauæ fert malè damna moræ,
Parvus erat, manibusq; suis Tirynthius angues
Pressit, & in cunis iam Ioue digna erat.

Cum tibi sint fratres, fratres vlciscere læsos.
Cumq; pater tibi sit, iura mouere patris.

Vina parant animos faciuntq; caloribus aptos.
Cura fugit, multo diluiturq; mero.
Tunc veniunt risus, tum pauper cornua sumit.
Tunc dolor, & curæ, rugaq; frontis abit.
Tunc aperit mentes suo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente deo.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Nocte latent mendæ, vitioq; ignoscitur omni.

Byblida quid referam? vetito quæ fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter vlta necas.

Myrrha patrem, sed non vt filia debet, amauit,
Et nunc obducto cortice pressa latet.
Illius lacrymis, quas arbor fundit odoras,
Vaginur, & dominæ nomina gutta tenet.

Nota

Nota canonon hoc, quæ cernim sustinet vrbes,
Quamuis sit mendax, Creta negare potest.

Cressa Thyestæo si se abstinuisset amore,
(Ah quantum est vni posse placere viro)
Non medium rapuisset iter, curruq; retorto
Auroram versis Phœbus adisset equis.

Filia purpureos Nisi furata capillos
Puppe cadens celsâ facta refertur auis.
Altera Scylla maris monstrum, medicamine Circes,
Pube premit rapidos, inguinibusq; canes.

Qui Martem terris, Neptunum effugit in vndis,
Coniugis Atrides victima dira fuit.
Cui non defleta est Ephyræe flamma Creusæ?
Et nece natorum sanguinolenta parens?

Fleuit Amyntorides per inania lumina Phœnix,
Hippolytum rapidi diripuistis equi.

Qui fodis immeritis Phineu sua lumina natis
Pœna reuersura est in caput ista tuum.

——capiunt animos plus aliena suis?
Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Mens erit apta capi tunc, cùm lætissima rerum,
Vt seges in pingui luxuriabit humo,
Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore,
Ipsa patent, blandâ tum subit arte Venus.
Tunc cum tristis erat, defensa est Ilion armis:
Militibus gravidum læta recepit equum.

Tempora quisquis operosa colentibus arva
Pallitur, & nautis aspicienda putat.

Nec

Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis,
Nec semper viridi concava puppis aquæ.
Neve rogaturis semper captato rogandos:
Sæpè dato melius tempore fiet idem.

Non mihi sacrilegas meretricum vt persequar artes,
Cum totidem linguis sint satis ora decem.

Flectora donavit Priamo prece motus Achilles,
Flectitur iratus voce rogante deus.

Promittas facito quid enim promittere labet?
Pollicitis dives quilibet esse potest.

Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum.
Illa quidem fallax, sed tamen apta dea est.

Tu quod non dederis, semper videare daturus,
Sic dominum sterilis sæpè fefellit ager.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor.
Et revocat cupidas alea sæpè manus.

Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci,
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus assiduo consumitur annulus vsu,
Interit assiduâ vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo? quid mollius vndâ?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Capta vides sero Pergama, capta tamen.

Forma vires neglecta decet.——

Munditiæ placeant, fulgentur corpora campo,
Sit bene conveniens, & sine labe toga.

Linguæ ci

Linguaq; nec figeat, careant rubigine dentes.
Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet.
Nec malè deformet rigidos consura capillos,
Sit coma, sit doctâ barba recisa manu.
Et nihil emineat & sint sine sordibus vngues,
Inq; cavâ nullus stet tibi nare pilus.

——Facile est omnia posse deo.

Tuta, frequensq; via est, per amici fallere nomen:
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.

Iurgia præcipuè vino stimulata caveto,
Et nimium facilès ad fera bella manus.
Occidit Eurytion stultè data vina bibendo,
Aptior est dulci mensa merumq; ioco.

Blanditiis animum furtim deprendere fas est,
Vt pendens liquidâ ripa subitur aquâ.

Laudatas offendit avis Iunonia pennas,
Si tacitus spectes, illa recondet opes.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexæq; iubæ, planiciesq; colla iuvant.

Expedit esse deos, & vt expedit, esse putemus,
Dentur in antiquos thura, merumq; focos.
Nec secura quies illos, similisq; sopori
Detinet: innocui vitæ, numen adest.
Reddite depositum: pietas sua fœdera seruet:
Fraus absit: vacuas cædis habete manus.

Fallite fallentes: ex magnâ parte profanum
Sunt genus: in lucros, quos petiere, cadant.

Dicitur

Dicitur Ægyptus cunctis auaritibus arua
Imbribus arere: nimbos fecit fuisse nouem:
Cùm Thrasius hospitio edit, mactatq; pasci
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
Illi Busiris: fies Iouis hostia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit: infelix imbuit auctor opus.
Iustus uterq; fuit: Neque enim lex iustior vlla est,
Quàm necis artifices arte perire sua.

Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles,
Veste virum longâ distimulatus erat.
Quid facis Æacide non sunt tua munera lana,
Tu tinulos alia Palladis arte petes.
Quid tibi cum calathis, clypeo manus apta ferendo,
Pensa quid in dextrâ, qua cadet Hector, habes?
Reijce fuctinctos operoso stamine fusos,
Quassanda est istis Pelias hasta manu.

Candidus in nautâ turpis color, æquoris vndâ
Debet, & à radijs syderis esse niger.
Turpis & agricolæ, qui vomere semper adunco,
Et grauibus rastris sub Ioue versat humum.
Et tu, Palladiæ petitur cui fama coronæ,
Candida si fuerint corpora turpis eris.

Cónque rar, an moneam? nimium sit esse petasij?
Nomen amicitiæ, nomen inane fides.

Quos credis fidos, effuge, tutus eris.
Cognatum, fratremq; cave, fidumq; sodalem.
Præbuit ensem hæc tibi turba manus.

Pectoq;

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.
Qui spirit, innumeris moribus unus erit.
Vrget levis Proteus modò se tenuabat in undas;
Nunc Leo, nunc arbor, nunc ales, nunc sus, fit.

Hi jaculo piscem, illi capiuntur ab hamis,
Hos alvo tenuem rete ferire traho.

Pars superat, capti, pars est exhausta labore,
Hic tenuis nostris ductibus ictus aper.

## Lib. V.

Dicite Iapetum, & Io, hic dicite Prometa,
Deciditur in casses pœnis pœna meos.

—— ab armiferis Priameius hospes Amycles,
Candida cum rapta conjuge vela dabat.

Quid properas juvenis medijs tua puppis in undis?
Navigat, & longè, quem peto, portus abest.

Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri,
Casus inest illic, hic erit arte opus.

Et levis est, & habet geminas, quibus evolet, alas.
Difficile est illis imposuisse modum.

Hospitis effugio præcluserat omnia Minos.
Audacem pennis repperit ille viam.
Dædalus vt clausit conceptum crimine matris,
Semibovemq; virum, semivirumq; bovem.
Sic modus exilio dixit, iustissime Minos,
Accipiat cineres terra paterna meos.

Et quoniam in patrijs cogitaris infquis,
Vivere non possis, mala posse moni,
Da redimi, quæso, fessi: est grata via.
Si non via pereo, parcet, parce, fini.
Dixerat hæc: sed & hæc, & multo plura licebat
Dicere, ne gressus, non dabat ille viro.
Quod simul ac sensit, Nunc, ô Dædale, dixit,
Materiam, qua tu ingeniosus, habes.
Possidet & terras, & pontus, & aspera Minos,
Nec tellus nostra, nec patet unda fugæ.
Restat iter cæli, cælo tentabimus ire.
Da veniam cœpto Iuppiter alme meo.
Non ego sydereas affecto tangere sedes,
Qua fugiam dominum nulla, nisi ista via est.
Per Styga detur iter, Styge sint mihi talia vectæ,
Sunt mihi mortales inuenienda modi.
Ingenium mala sæpè movent, quis crederet vnquam,
Æreas homines posse per ire vias?
Remigium volucrum disponit in ordine pennas,
Et leve per lini vincula nectit opus.
Imaq; pars cerâ astringitur igne solita,
Finitisq; nouo pondere librat opus.
Tractabat cerâmq; puer pennasq; ridebat,
Nescius hæc humeris arma parata suis.
Cui pater, his (inquit) patrijs est vtendus in artis,
Hac nobis Minos effugiendus ope.
Aëra non pontus Minos, alia omnia claudit,
Quâ licet, inventis aëra rumpe meis.
Sed tibi non virgo Tegæa, comesq; Bootes,
Ensifer Orion aspiciendus erit.
Me pennis sectare datis, ego præuius ibo,
Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris.
Nam sive æthereas vicino sole per auras
Ibimus, impatiens cera caloris erit,

Sive

Sive humiles propiore freto radamus arua,
Mobilis aequoreis penna tenuabit aquis.
Inter vtrumq; vola, ventos quoq; nate caveto,
Quaq; ferunt aurae, vehe lecuta tuae.
Dum monet, ipse suos [illegible]
Eruditinfantes et sua [illegible]
Inde suis factas humeris accommodat alas,
Pergq; novum timidè corpora librat iter.
Iamq; volaturus parvo dedit oscula nato,
Nec patriae lacrymas continuêre genae.
Ingenii dubius [illegible]
Monte minor colles campis [illegible]
Hinc [illegible]
Et movet ipse suas, et [illegible]
Dædalus, et vultus [illegible]
Iamq; novum delectat [illegible]
Icarus audaci [illegible]
Hos aliquis [illegible]
Vidit, et [illegible]
Iam Samos à lævâ [illegible]
Et Paros, et Clario [illegible]
Dextra Lebynthos erat, [illegible]
Cinctaq; plicosi [illegible]
Cùm puer incautus [illegible]
Altius egit iter, [illegible]
Vincla labant, et cera [illegible]
Nec tenues remi [illegible]
Territus ætherio [illegible]
Nox oculis pavido [illegible]
Tabuerant cerae, [illegible]
Et trepidus, nec [illegible]
Decidit, et [illegible]
Clauserunt vacuis [illegible]
At pater infelix, [illegible]
Icare clamavit, [illegible]

Icare clausubi gemmas aspexis in valle
Ossa tegit: tellus, quorum nomen habemus.

Non facilis vt virgo, mihi Medicides herbarum
Mixtus cum Magicis Marsis venena sparit.
Phasias Æonidem, Circe tenuisset Vlyssem,
Si modò seruari carmine posset amor.

[illegible] asperis, amabilis esto.

Ingenij dotes, corporis addo bona.
Forma bonum fragile est, quantumque accedere ad annos
Fit minor, & spatio carpitur ista suo.
Nec semper violæ, nec semper lilia florent,
Et riget amissis languida rosa comis.
Et tibi jam venient cani, formose capilli,
Iam veniet rugis turpis aperta cutis.
Hos aliquis tibi dicet amor, sed corpus amato
Iam molire tuum, quo queat, & animus.
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec levis ingenuas pectus colit ista puellas,
Cura fit & lingua, quæ facit ista, decus.
Non forma digna est, quæ sit secunda Venus.
Et tamen ignoras nostri medicina doloris,
Ah quoties illum doluit properare Cayster
Remigio, aptos ille regit, aquæ dator.
Hæc Troiæ causa fuit, cursus, quæ tardet, habenas
Ille remisit, & ipse sedens adspexit euntem
Litore consimili nudus utraque puella.
Exigit Odrysij facta cruenta ducis.
Ille levi virgâ (virgam nam ferre solebat)
Quod rogat, in facilis littore pingit aquas.
Hic (ita fama) Troja est, (mutos in littore finxit)
Hic ibi sit Simois, hæc rhea castra, puta.
Campus erit, (campum fecit) quem cæde Dolonis

Spectatis

Sparsimus. Æ monios dum vigil ignis equos,
Illic Sithonij fuerant tentoria Rhesi,
Hac ego sum captis nocte reversus equis.
Pluraq; pisgebus, fabitus vbi Pergama flentia
Abstulit, & Rhesi cum duce castra suo.
Tum dea, quòd, inquit, fabis tibi credit inanis,
Perdiderint vnâ nomina quanta viâ?
Ergo age fallaci timidè confide figuræ,
Quisquis es, atq; aliquid corpore pluris habe.

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes.
Aspernatas odium, servaq; bella movet.
Odimus accipitrem, quia vivit semper in armis,
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidijs hominum, quia mitis hirundo est,
Quasq; colat turres Chaonis ales habet.

Este procul lites, & amaræ prælia linguæ.

——Deos est vxor habere lites.

Pauper amet cautè, timeas maledicere pauper,
Multaq; divitibus non patienda ferox.

Flectitur obsequio curvus ab arbore ramus,
Franges, si vites experiere tuas.
Obsequio tranantur aquæ, hic vincere potis
Flumina, si contrà, quidni rapit vnda, sistet.
Obsequium tygres, quæq; domas rumidosq; leones,
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

* Arguet, arguito quidquid probat ille, probato:
Quod dicit, dicas quod negat ille, neges.

Adulatorium

D 3 Riserit,

Referis, ardescit filia, flamma nocentem.
Imponat leges stabiles ille rudi.

Hercules. * Ille fugatis vincendo monstra nocentes,
Qui meruit cœlum, quod prior ipse vidit,
Inter Iunonis calathum tenuisse puellas
Creditur, & lanas excoluisse rudes.
Paruit imperio dominæ Tirynthius Hercs.

Cynthius Admeti vaccas paville per æstus
Fertur, & in parvâ delituisse casâ.

Nomine quemq; suo (nulla est jactura) salutat,
—rogantî,
Porrigit Fortunæ munera parva tuæ.

Pœnæ. Turpiter his * eximur spes mortis, & orba senectus,
Ah pereant, per quos munera crimen habent.

Carmina laudantur, sed munera magna petuntur;
Dummodò sit dives barbarus, ille placet.
Aurea fama redit, nunc sæcula plurimus auro
Venit honos, auro mollescunt omnia,
Ipse licet venias Musis comitatus, Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Si latet ara prædes: aliter deprenda pudorem,
Atq; adimit merito pœnitus in omne nocet.

Sæpè sub auratis, cum formosissima, tectis,
Plenaq; purpureo fulgurat vita mero,
Cùm modò frigoribus premimur, modò solvimur æstu;
Aëre non certo corporis languor habet.

Sternuit si blandè fœlicem modus,

Non

Non tibi, quo dederas à littore carbasa, ventō
Vtendum, medio cùm portiare fretō.

Quem taurum tegeris, vitulum mulcere solebas,
Sub quâ nunc recubas arbore, virga fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Quaq; venit, multas accipit amnis aquas.

Da requiem requietus ager bene credita reddit,
Terraq; cœlestes arida sorbet aquas.

Accipitri timidas credis fatisq; columbas,
Plenum montanō credis ovile lupō.

——nēq; fulvus aper medijs cum sepibus in ira est,
Fulmineo ruhidos dum rotat ore canes:
Nec lea, cùm catulis lactentibus vbera præbet,
Nec breuis ignaro vipera læsa pedi: Quàm

Coniugis adulteræ, violentæq; iura nouerca,
Barbara per natos Phasias vlta suos.
Altera dira parens hæc est, quam ferrea, furenda,
Aspice, signatum sanguine pectus habet.

Gloria peccati nulla petenda tui est.
——non semper eōdem
Impositus vecto pondus onusq; vehit.
Nam modò Thracio Boreā, modò sauciget Eurus,
Sæpè tumens Zephyro lætus, aquæq; Notus,
Aspice, vt in curru modò det fiuitantia rector
Lora, modò admisso terat recenter equos.

Luxuriant animi rebus plerumq; secundis,
Nec facile est æquā commoda mente pati.

Vt levis abſumpeis paulatim viribus ignis,
Ipſe latet, ſummo candet in igne cinis.
Sed tamen extinctas admoto ſulfure flammas
Inuenit, & lumen quod fuit ante, redit. Sic,

Ne vires lenti colligat ira mali.

Prima fuit rerum confuſa ſine ordine moles,
Vnaq; erat facies, ſydera, terra, freum.
Mox cælum impoſitumeſt terris, humus æquore cinxit,
Inq; ſuas partes eſſit in ne Chaos. (da eſt,
Sylva ferax, aër relucens accepit habendas,
In ſi quidā pīces deſiluſtis aquā.
Tum genus humanum ſolis errabat in agris,
Hiſq; theræ vaga, & rude corpus erat.
Sylva domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes,
Iamq; diu quilli cognitus alter erat.

*Pro ſcribus templi Delphici.*

Eſt * ibi diverſum famā celebrata per orbem
Littera, cognoſci quæ ſibi quemq; iubet.

— — Phœbo parete monenti,
Certa dei ſerva eſt hulus in ore fides.

Credita non ſemper ſuleum cum fraude reddunt,
Nec ſemper dubias adjuvat aura rates.

Quot lepores in Acho, quot apes paſcuntur in Hybli,
Cærula quot bacas Aliadon arbor habet:
Littore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores.

Hæc ibi non hominem, ſed quercus credo Pelaſgas
Dicere. —

Quis Ceres ritus audet vulgare profanis?
Magnaq; Threiciæ ſacra reperta Samo?

Eximia

Exiguis est virtus præstare silentia rebus,
At contra gravis est culpa tacenda loqui.
Quàm benè, quod frustrà capeatis arbore pomis,
Tantalus in mediâ garrulus aret aquâ.

Quod malè fers, assuesce, feres: benè multa vetustas
Lenit——

Dum novus in viridi coalescit cortice ramus,
Concutias teneram quælibet ura, cadet.
Mox etiam ventis spatio durata resistit,
Firmaque adoptivas arbor habebit opes.
Eximit ipsa dies curarum de corpore mentes,
Quodque fuit vitium, desinit esse mora.

Dum vires, annique, finunt tolerare labores,
Iam veniet tacito curva senecta pede.
Aut mare navigiis, aut vomere scinditur arvum,
Aut fera belligeris sæpta domantur equis.

——est operum sensibus prudentia nostris,
Solus & artifices quæ facit, usus, idem.

Nec Platanus, nisi sera potest obsistere vento,
Et lædunt nudos prata novella pedes.

——melior Gorge, quàm tua mater erat.

Aspicias oculos * tremulo fulgore micantes, Ictus
Vt soli liquidi sæpè relucet aquæ.

Cum nova non una est, molis incumbere remis
Vtile, & admissis subdere calcar equis.

Quamvis apud Danaos Podalirius artes medendi habuit,
Æacides dextræ, pectore Nestor erat.

Quamvis

Quamnam erga Deos certis, Telemonius impis?
Autumedon curru?

## Lib. VI.

——cur virus in angues
Adjicis? & rapidæ gradis ovile lupæ?

Parcite pauperiem diffundere crimen in omnes,

Si minor Aridæo Hectoream Hecuben, foreverem
Quo premat Aeacides crimine major habet?
Si scelere Oechaliæ Talaonia Eryphyles
Virus, & in viros ad Styga venit equis?
Est pia Penelope lustris errante duobus,
Et totidem lustris bella gerente viro.
Respice Phylaciden, & quam comes ille marito
Fertur, & ante annos occubuisse suos.
Fata Pherecydæ cunctos Pagasæa redemit,
Proq; viri stygios nosse laus fuit.
Accipe me Capanei, cineres miscebimus, inquit
Iphias, in medios desiluitq; rogos.

Ipsa quoq; & cultu est, & nomine fœmina Virtus,
Nec minus populo si placet ille suo.

Convenium cynibæ vela minora meæ.

Probus Therapnæus qui dicerne amat mariter,
Mox cœpit laudes prosperatione lyræ.

Veniunt memores jam nunc effoti senectæ,
Sic nullius vobis tempus abibit iners.

Dum

Dum licet, & veros etiam nunc edimus annos,
Ludite: Eunt anni more fluentis aquæ.
Nec, quæ præterijt, cursu revocabitur ullo,
Nec quæ præterijt, hora redire potest.
Vtendum est ætate: tuto pede labitur ætas,
Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.
Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi
Quàm cito (me miserum) lanitiem corpora rugis,
Et perit in nitido qui fuit ore color!
Quasq; fuisse tibi cani à virgine juras,
Spargetur subitò per caput omne comæ,
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas,
Nec facimus cervos corpus inane senes.
——continuò mediæ senescit ager.
Ite per exemplum gentes, ô mortale dicatum,
Conteritur ferrum, silicea tenuatur ab vnguis.
Quis verat appositos lupus de hominibus ignes?
Quisve cavum vastas in mare fluvit aquas?
——cultis bene liberalibus vsus
Provenit, & culto fit seges alta solo.
Prisca iuvent alios, ego me nunc denique natum
Gratulor, hæc ætas moribus apta meis.
Non quia nunc terræ lenta testudine motus,
Lectaq; diverso lumina cruda vapor
Nec, quia decrescunt effosso marmore montes,
Nec quia cærulea mole fugantur aquæ:
Sed quia culpa silet

Vos quæ pauet nimis auro, aurum lapillis,
Quos legit in viridi decolor Indus aqua,
Nec prodire grauis infero ventosa nauro,
Per quas ima petit, sæpè latentis opes,
——nihil istæ segmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.
Cùm tot prodierint pretio leuiore colores,
Quis furor est, cassis oppeti ferra fucis?
Quot notat terra patris flores, cùm vere superbit,
Vitis agit gemmas, pingat vt illa, fugit.
Lana tot aut plures succos bibit,
——ne fuscet inertia dentes,
Oraq; fulcepsâ manâ lassentur aquâ.

Quem non offendat toto fax illita vultu,
Cùm fluit in tepidos pondere lapsa sinus?
Multaq; cùm sumus simplicitate placent.

Quæ nunc nitentem habent operosa figura Myronis,
Pondus ineris quondam aurigæ, rasile fuit.
Annulus vt fiat, primò collidimur auro,
Quas geritis vestes, sordida lima fuit.
Turpe pecus mutilum, rutpis sine gramine campus:
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.
Cùm vasto compositum est, Polycrate, nasum cruste,
Cùm tumet, emblis affabre illa fuit,
Si niger, aut rigens, aut non erit ordine natus
Dens tibi, ridendo maxima dextra leui,

Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canoræ
Quamlibet asperitas duceret ad ripas
Saxa, feraq; lyræ moderatos Orpheos ad
Tartareosq; lacus, tergeminumq; canem.
Saxa suo cantu vivos [illegible]
Fecerunt mutos [illegible]
Quamvis mutum erat, voci famulæ patuere
Pisces, Arionem [illegible] lyræ.
[illegible] minimus labor [illegible]
Maius opus, moveri quercus duxisse sonoræ.
Tunc fumus incensi [illegible]
Nudaq; per latus ossa nocens [illegible]
Ira subit, deformis imago, furiæq; cupidæ,
Iurgiaq; & rixæ, fletusq; [illegible]
Crimina dicuntur, referunt clamoribus æthera
Inuocat iratos & sibi quisque deos.
[illegible]
Tu licet & Thamyras [illegible]
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.
Cura ducum fuerat [illegible]
Præmiaq; antiquis [illegible]
Sanctaq; [illegible]
Viribus, & longæ [illegible]
Ennius emeruit Calabris [illegible]
Contigit [illegible]
[illegible] quis nosset Homerum,
Ilias æternum [illegible]
Ad mulctas lupa [illegible]
Et Iovis ad mulas [illegible]

Cæsa

Calle vbique, valet semper tibi pendere honestè
Quo minimè credis gargite, pone vrit.
Sæpè canes frustrà nemorosis montibus errant,
Inq; plagas pelle tempestatis ...
... virare viros cultum formamq; pretiosa ...
Quinq; suas ponunt in fortibus ...
Errat, & in multis ...

Vix mihi cœlestis, sed cruditus Troja ...
Præcepit Priami ... vis tenuis.
Sunt quibus in ... precor ...
Nudaq; ... pertinax
... neq; tu facile ...
Nec tutus ... quod ...
... fraus est concessa repellere fraudem.
Augurijs ...
Pertinet ad faciem ... morem?
Candida ...
Ora tument ...
Lumina ...
Procul hinc, dum non ...
Vt vidit ...
Vos quoq; si medijs ...
Cognoscet faciem vix ...

Odimus ... (experto credite) ...
Sæpè tacent, odij ... habet.
... ingenium ... obstat,
Et studio ... conturbant ...

Est deus in nobis, * sunt & commercia cœli, Poetis.
Sedibus ætherei spiritus ille venit.

——neq; rector equum, qui nuper sensit habenas,
Comparibus frœnis assimilemq; regit.
Nec stabilem animum mihi, vt nemo, promittas:
Vt capias, idem fortes ego sæpe feri.

Tunc benè fortis equus reserato carcere currit,
Cùm, quos præterea, quòve sequatur, habet.

Quælibet extinctos in juris fabula vivos,

Munera (credo mihi) placuere hominibus, dedi,
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

——quid aperto pectore in hoc ego
Mittor? & indicio prodor ab ipsa meo?
Non avis ancipites monstrat, qua pessima pascit,
Non docet infestos cornua cervus canes.

Prona venit cupidis in sua vota fides.

Ne citò credendo, quantum citò credere ledit,
Exemplum vobis non leve Procris erit.

Carpe cibos digitis, sed quibus ipse soles.
Ora nec inguinibus tetri pecoris admoveto.
Néve diu præsentes, neve assidue absis.
Quàm cupias, paulò quàm potes esse minus.
Cum Veneris puer non male Pacuvius fuit.

——neq; Phœbus ait Phaëthonti, nec cognitor Ilus,
Vera magis vobis, quàm mea, nemo refert.

## Lib. VII.

Terra salutiferas herbas, eademque nocentes
Nutrit: & vitiis proxima saepe rosa est.
Vulnus Achilleo quae quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Vtile propositum est saevas extinguere flammas,
Nec servum vitiis pectus habere suum.

Dum licet, & fortes tenero pone ordine morbi,
Si piget, in primo limine sile pedem.
Opprime, dum nova sunt, subeat ne mala femina morbi,
Et cum incipiens lis sedatur amore vagi.
Nam mora dat vires, vincetur mollis amoris vis,
Et validus fugiens quae fuit hostis abit.
Quae praebet latas in se spectantibus ignes,
Quo posita est primum tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus tenuis vitisve revelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

Principiis obsistere medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras.
Sed propera, nec te tardet collata fateri
Quo non est hosti, cum subit, ira pares.

Flumina magna vides parvis de fontibus orta,
Plurima collectis unda fluenta facit.

Vide ergo, quod primo fronte sibi vulnus,
Dilatum longa cicatrix tulisse nequit.

Dicimus assiduè, eras quoq; fiet idem,
Interea tacitè serpunt in viscera flammæ,
Et mala radices altius arbor agit.

Qua læsus fuerat, partem Pœantius Heros
Debuerat celeri præsecuisse manu.

Aut nova, si possis, sedare incendia tentes,
Aut vbi per vires procubuêre suas.
Dum furor in cursu est, currenti cede furori,
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus ab obliquo qui cùm discedere possit,
Pugnat in aduersas ire nocentis aquas.
Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Respuit, aq; odio verba monentis habet.

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt,
Et data non apto tempore, vina nocent.
Quin etiam accendis vitia, irritesq; vetando,
Temporibus si non aggrediare tuis.

Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc, vt ames, faciunt hæc, quæ fecêre nocentes,
Hæc sunt iucundi castra, cibusq; mali.
Otia si tollas, periêre Cupidinis arcus,
Contempt æq; jacent, & sine luce faces.
Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus vndæ;
Et quàm limosa canna palustris humo:
Tam Venus otia amat: finem qui quæris amori,
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.

Languor, & immodici sub nullo vindice somni,
Alea q;, & multo tempora quassa mero,
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires,

Affluit incautis insidiosus amor.
Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes,
Da vacuæ menti quo teneatur, opus.
Sunt fora, sunt leges, sunt quos tuearis amici:
Vade per urbanæ splendida castra togæ.
Vel tu sanguinei iuvenilia munera Martis
Suscipe, deliciæ iam tibi terga dabunt.

Quæritur Ægisthus quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.

Rura —— oblectant animos, studiumq; colendi,
Quælibet huic curæ cedere cura potest.
Colla jube domitos oneri supponere tauros,
Sauciet vt diram vomer adunc⁹ humum:
Obrue versatâ Cerealia semina terrâ,
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Aspice curvatos pomorum pondere ramos,
Vt sua quod peperit, vix ferat arbor onus.
Aspice labentes jucundo murmure rivos,
Aspice tondentes fertile gramen oves.
Ecce petunt rupes, præruptaq; saxa capellæ,
Vt referant hædis vbera plena suis.
Pastor inæquali modulatur arundine carmen,
Nec desunt comites, sedula turba, canes.
Parte sonant alta sylvæ mugitibus altæ,
Et queritur vitulum mater abesse suum.
Quid cum suppositos fugiunt examina fimos,
Vt relevent dempti vimina curva favi?
Poma dat autumnus formosa est messibus æstas,
Ver præbet flores: igne levatur hiems:
Temporibus certis maturam rusticus vuam
Colligit, & nudo sub pede musta fluunt.
Temporibus certis defectas alligat herbas,

Et tonsam raro pectine verrit humum.
Ipse potes riguis plantam defigere in hortis,
Ipse potes rivos ducere lenis aquæ.
Veneris insitio, fac ramum ramus adoptet,
Steteq; peregrinis arbor operta comis.

Dura aliquis præcepta vocet mea, dura fatemur
Esse, sed vt valeas, multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos, quamvis invitus, amaros
Æger, & oranti mensa negata mihi est.
Vt corpus reditus, ferrum patiéris, & ignes,
Arida nec sitiens ora lavabis aqua.
Vt valeas animo, quidquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corporis ampla habet.

——labor est vnus tempora prima pati.
Aspicis, vt prensos vrans juga prima juvencos?
Vt nova velocem cingula lædat equum?

Vertere quæ poteras hominem te mille figuras, Deus,
Non poteras nisi vertente jura tui.

——Mala sunt vicina bonis errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpè tulit.

Ingenium magni livor detrectat Homeri,
Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.

Summa petit livor, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Jovis.

Principio clipei nostri anhelat equus.

## Lib. VIII.

——quæ non prosunt singula, multa juvant.

Parua necat morsu spatiosum vipera taurum,
A cane non magno læpè tenetur aper.

Secta bipartito, ne meùs discurrat utroq;,

Grandia per multos tendantur flumina riuos;
Magnaq; subducto fiunt flamma pabula.

Non satis vna tenet cæsas anchora puppes,
Nec satis est liquidis vnicus hamus aquis.

Quæ nisi apparent retia, vitat auis.

Mille mali species, mille salutis erunt.
Corpora vix ferro quæ dant sanánda acuto,
Auxilium multis succus, & herba fuit.

Tædia quærę mali, faciunt & tædia finem.

Ad mala quisq; animum referat sua——
Omnibus ille deus plusve minusve dedit.

——quis non causas mille doloris habet?

——Facito contagia vites:
Hæc etiam pecori læpè nocere solent.
Dum spectant læsos oculi, laduntur & ipsi,
Multaq; corporibus transitione nocent.

Proximus

Proximus à tectis ignis defenditur ægrè,
Vtile finitimis abstinuisse locis.

Non facile effluens posita retinebere mente,
Et multum fallens incipe vsta fuge.

——meliore fide paulatim exstinguitur ignis,
Quàm subitò: lentè desine, tutus eris.

Flumine perpetuo torrens solet altius ire:
Sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua,

Dum sibi quisq; placet, credula turba sumus.

Artibus innumeris mens oppugnatur amantum,
Vt lapis æquoreis undiq; pulsus aquis.

Confer Amycleis medicatum vellus athenis
Murice cum Tyrio, turpius illud erit.

Thestias absentem succendit stipite natum,

Vt pænè extinctum cinerem si sulfure tangas,
Vivet, & ex minimo maximus ignis erit:
Sic, nisi vitaris, quidquid revocabit amorem,
Flamma redardescet, quæ modò nulla fuit.

Tu loca, quæ nimiùm grata fuêre, cave.
Hæc tibi sint Syrtes: hæc Acroceraunia vita;
Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.

Cur nemo est Hecalen, nemo qui ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Enervant animos cytharæ, cantusq; lyræq;
Et vox, & numeris brachia mota suis.

Illo Lothophagos, illo Sirenas in antro
Enſe pura——

Nutritur vento, vento reflinguitur ignis,
Lenis alit flammas, grandior aura necat.

## QVÆDAM EX LIBRIS FASTORUM Pub. Ovid. Nasonis *desumpta.*

Ne certa ignores variorum jura dierum:
Non habet officium lucifer omnis idem,
Ille Nefastus erit, per quem tria verba silenur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.
Nec toto perstare die jus aura putaris:
Qui jam fastus erit, nonne nefastus erat.
Nam simul exta deo data sunt, hic est omnia fari:
Verbaq; honestatus libera pretor habet.
Est quoq; quo populum jus est includere septis:
Est quoq; qui nopo semper ab orbe redit.
Vindicat Ausonias Junonis cura Kalendas:
Idibus alba Jovi grandior agna cadit,
Nonarum tutela deæ cæret:——

Quidquid vbiq; vides, cœlum, mare, nubila, terras:
Omnia sunt nostra clausa, patentq; manu. *Janus loquitur.*
Me penes est vnum vasti custodia mundi:
Et jus vertendi cardinis omne meum est,
Cum libuit pacem placidis emittere tectis;
Libera perpetuis anabulat illa viis.
Sanguine letifero totus miscebitur orbis:
Ni teneant rigidæ condita bella seræ.

Veris descriptio.

Omnia tunc florent: tunc est nova temporis ætas:
Et nova de gravido palmite gemma tumet:
Et modò formatus operitur frondibus arbor:
Prodit & in summum feminea herba solum.
Et tepidum volucres concentibus æra mulcent:
Ludit & in pratis luxuriátq; pecus.
Tunc blandi soles ignotáq; prodibus undo:
Et luteum celsa sub trabe figit opus.
Tunc patiur cultus ager: & renovatur aratro.

Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,
Cujus non animo dulcia lucra forent.
Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi:
Vix victa, quò jam progredianur habet.
Pluris opus nunc sunt, quam prisci temporis annis,
Dum populus pauper, dum nova Roma fuit:
Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum:
Et dabat exiguum fluminis vlva torum.
Iuppiter angusta vix totus stabat in æde:
Inquit, Iovis dextra fictile fulmen erat.
Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis:
Pascebatq; suos ipse senator oves.
Nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem,
Et sternum capiti supposuisse lapis.
Iura dabat populis posito modò prætor aratro:
Et levis argenti lamina crimen erat.
At postquam Fortuna loci capit exulis hujus,
Et tetigit summo vertice Roma deos,
Creverunt & opes, & opum furiosa cupido:
Et, cùm possideant plurima, plura petunt.
Quærere vt absumant, absumpta requirere certant:
Atq; ipsæ vitijs sunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

In

In promio pretium nunc est dare census honores;
Census amicitias, pauper vbique iacet.

Laudamus veteres: sed nostris vtimur annis.

——Iustitiam fecimus mortale fugavit:
Victima de superis illa relicta manum.

Vt populo reditus patearent ad bella profecto;
Tota patet denupta ianua nostra sera.
Pace forcs obdo;ne qua discedere possit:
Felices animæ quibus hæc cognoscere primis,
Inque domos superas scandere cura fuit.
Credibile est, illos patrem vicisse, locisq;
Altius humanis exseruisse caput.
Non Venus & vinum sublimia pectora fregit,
Officiumq; fori, militiæve labor.
Nec levis ambitio, perfusaq; gloria fuco:
Magnorumque fores sollicitæve opum.
Admovere oculis distantia sidera nostris:
Ætherèsque dedit ingenio suppositere suo.
Sic petitur cœlum non, vt ferat Ossan Olympus;
Summisq; Pelion sidera tangat apex.

Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam.

Conscia, quem vt cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque, metumq; suo.

Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor:
Vt volucri, vacuo quidquid in orbe patet.

Ecce bovem * illuc Erytheidas applicat heros
Emensus longi clauiger orbis iter.

Dumq;

Cum templi ianua claudatur & aperiatur.

Astronomiæ laudes.

* In Latio apud Pallida

Dumq; huic hospitium domus est Tegeæa negatur
Incustoditæ lata per arva boues.
Manè erat: excussus somno Tirynthius hospes
De numero taurus sensit abesse duos.
Nulla videt quæ cas taciti vestigia furti;
Traxerat aversos Cacus in antra ferox:
Cacus Aventinæ timor, atque infamia silvæ,
Non leve finitimis hospitibusque malum.
Dira viro facies: vires pro corpore: corpus
Grande: pater monstri Mulciber hujus erat.
Procq; domo, longis spelunca recessibus ingens
Abdita, vix ipsis invenienda feris.
Ora super postes, affixæque brachia pendent:
Squalidáque humanis ossibus albet humus.
Servata malè parte boum Jove natus, abibat;
Magnus ranco furta dedere sono.
Accipio; revocamur, ait; vocémque secutus
Impia per silvas victor ad antra venit.
Ille aditum facti præstruxerat obice montis;
Vix juga movissent quinque bis illud onus.
Nititur hic humeris cœlum quod sederat illis:
Et vastum mota collabefactat onus.
Quod simul eversum est, fragor æthera pervenit ipsum;
Icta q; subsedit pondere mollis humus.
Prima movet Cacus collata prælia dextra;
Réque ferox saxis, stipitibusq; gerit.
Quæis ubi nil agitur, patrias male fortis ad artes
Confugit: & flammas ore sonante vomit.
Quas quoties profert, spirare Typhoëa credas?
Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne jaci.
Occupat Alcides, adductóq; clava trinodis
Ter quater adversi fedit in ore viri.
Ille cadit; mixtóq; vomit cum sanguine fumos;
Et lato moriens pectore plangit humum.

Omnes

Omne nefas, omnemq; mali purgamine crimen
Credebant nostri tollere posse senes.
Græcia principium moris dedicitille nocentis
Impia lustratos ponere facta iuuat.
Actoriden Pelasgi ipsum quoq; Pelea Phoci
Cæde per Hæmonios soluit Acastus agros.
Vectam frenatis per inane draconibus Argus
Credulus, immerita Phasida sortis ope.
Amphiaraiden Naupactæo Acheloo
Solue nefas dixit: soluit & ille nefas.
Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Quod mare non nouit? quæ nescit Arionia tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Sæpe sequens agnam, lupus est à voce retentus:
Sæpe auidum fugiens sustulit agna lupum.
Sæpe canes, leporesq; uias iactare fugaces
Et stetit in uasto prædam cerua lacu.
Et, sine lite, loquax, cum Pallade saltat Apollo
Seditio accipiri iustior haud potuit.
Cynthia sæpe uias ferunt, uocalis Arion,
Tanquam fraterna, obstupuisse modis.
Nomen Arionium Siculæ tenuere per urbes:
Captaq; erat lyricis Ausonis una sonis.
Inde domum repetens puppim conscendit Arion,
Atque ita quæsitas auro ferebat opes.
Forsitan, infelix, ventos, undasq; timebas:
At tibi nare tua tutius æquor erat.
Namq; gubernator dextro stat comiticine ensis,
Ceteraq; armatis tuta cohortis manu.
Quid tibi cum gladio? dubium rogo nauita puppim;
Non hæc sunt digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus, Mortem non deprecor, inquit;

Sed

Sed licèat fanpèr pauca referre lyra.
Dant veniam, fidentq; morum, capiti ille coronam;
Quæ pollit crines, Phœbe, decere tuos.
Induerat Tyrio distinctam murice pallam,
Reddidit ictta suos pollice chorda sonos.
Flebilibus numeris veluti, cantantis dura
Trajectus penna temperat, cantat olor.
Protinus in medijs ornatus desilit undis,
Spargitur impulsa cærula puppis aqua.
Inde (fide majus) tergo delphina recurvo
Se, memorant, oneri supposuisse novo.
Ille sedet: citharamq; tenet: pectusq; canorum, vehendi
Cantat: & æquoreas carmine mulcet aquas.

——Vientibus armis
Ter centum Fabij, ter cecidere, duo.
Vna domus vires, & opus sufficere urbi
Sumunt gentilem arma profecta manum.
Egreditur castris miles generosus ab ilicem,
E quis dicta fieri quilibet ipse erat.
Carmentis portæ dextra est via proxima Iano:
Ire per hanc noli, quisquis ea omen habet.
Illa fama refert Fabios exisse trecentos:
Porta vacat culpa: sed tamen omen habet.
Vt celeri passu Cremeram terrigere rapacem
(Turbidus hibernis ille fluebat aquis)
Castra loco ponunt: districtis ensibus ipsi
Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt.
Non aliter, quàm cùm Libyca de gente leones
Invadunt sparsos lata per arva greges.
Diffugiunt hostes inhonesti aq; vulnera tergo
Accipiunt: Thusco sanguine terra rubet.
Sic iterum sic sæpe cadunt, vbi vincere aperte
Non dant, insidijs armisque tecta parant.
Campus erat: campi claudebant vltima colles

Silva.

Silvaque montanas occulere apta feras.
In medio paucos, armentáque rara reliquunt:
Cetera virgultis abdita turba latet.
Ecce, velut torrens vndis pluvialibus auctus,
Aut nive, quæ Zephyro victa tepente fluit,
Per sata, pérque vias fertur, nec, vt ante solebat,
Riparum claustra margine finit aquas:
Sic Fabij vallem latis discursibus implent:
Quódque vident sternunt: nec metus alter inest.
Quo ruitis generosa domus? malè creditur hosti:
Simplex nobilitas perfida tela cave.
Fraude perit virtus. in apertos vndique campos
Prosiliunt hostes: & latus omne tenent.
Quid faciant pauci contra tot millia forte?
Quidve, quod in misero tempore restet, adest?
Sicut aper longè silvis latratibus actus,
Fulmineo celeres dissipat ore canes;
Mox tamen ipse perit: sic non morientur inulti:
Vulneráque alterna dantque, ferúntque manu.
Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes:
Ad bellum missos perdidit vna dies.

Fortè Iovi Phœbus festum solenne parabat:
(Non faciet longas fabula nostra moras)
I mea, dixit, avis: ne quid pia sacra moretur:
Et tenuem vivis fontibus affer aquam.
Corvus inauratum pedibus cratera recurvis
Tollit: & æreum pervolat altus iter.
Stabat adhuc duris ficus densissima pomis.
Tentat eam rostro, non erat apta legi.
Immemor imperij sedisse sub arbore fertur:
Dum fierent cerda dulcia poma mora.
Iámque situr, nigris longum rapit vnguibus hydrum:
Ad dominum{que} redit: dictáque verba refert:

Hic

Hic mihi cautis moræ vivarum obsessor aquarum:
Hic tenuis fontes, officiumque meum,
Addis, ait, culpæ mendacia, Phœbus? & audes
Fastidicum verbis fallere velle deum?
At tibi dum factens hærebit in arbore ficus:
De nullo gelidæ fonte bibentur aquæ.
Dixit: & antiqui monumenta perennia facti
Anguis, avis, crater, sidera juncta micant.

Pana deum pecoris veteres coluisse ferunt us:
Arcades: Arcadiis pluribus ille jugis.

Silvia Vestalis exiestia semina partu
Ediderat, patruo regia tenente suo:
Is jubet auferri parvos, & in amne necari,
Quid facis? ex istis Romulus alter erit.
Iussa recusantes peragunt lacrimosa ministri:
Flent tamen & geminos in loca iussa ferunt.
Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
Reddidit, hibernis fortè tumentibus aquis.
Hic, ubi nunc fora sunt, lintres errare videres:
Quáque jacent valles, Maxime circe, tuæ.
Huc ubi venerunt (neque enim procedere possunt
Longius) ex illis unus, & alter ait:
Ah quàm sunt similes! ah quàm formosus uterque!
Plus tamen ex istis iste vigoris habet.
Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,
Nescio quem è vobis suspicor esse deum.
At si quis vestræ deus esset originis auctor,
In tam præcipiti tempore ferret opem.
Ferret opem certè, si non ope, mater, egeret;

Quę

Quæ facta est vno mater & orba die.
Nata simul, morâ cura simul, simul ite sub vndas
Corpora, desierat: depositúque sinu,
Vagierant ambo passim: fessisse putares.
Hi redeunt vdis in sua tecta genis.
Sustinet impositos fluminis cavus alveus vndæ:
Heu quantum fati parva tabella tulit.
Alveus in limo silvis appulsus opacis
Paulatim fluvio deficiente sedet.
Arbor erat: remanent vestigia: quæq; vocatur
Romula nunc ficus: Ruminis ficus erat.
Venit ad expositos (mirum) lupa fera gemellos;
Quis credat pueris non nocuisse feram?
Non nocuisse parum est, prodest quoq; quos lupa nu-
Perdere cogitat: sustinuere manus. (trix;
Constitit: & cauda teneris blanditur alumnis:
Et lingit lingua corpora bina sua.
Marte satos scires: timor abfuit: vbera ducunt:
Nec sibi promissa lactis alumnis ope.

Terribilem quondam fugiens Typhœus Dionen
Tunc, cum pro cœlo suppetit arma tulit,
Venit ad Euphratem comitata Cupidine parvo:
Inque Palæstinæ margine sedit aquæ.
Populus, & cannæ riparum summa tenebant:
Spémque dabant fœtæ hos quoque posse tegi.
Dum latet, insonuit vento nemus. illa timore
Pallet: & hostiles credit adesse manus.
Vtq; sinu tenuit natum. Succurrite nymphæ,
Et Diis auxilium ferte duobus, ait.
Nec mora, profiluit: pisces subiere gemelli:
Pro quo nunc, cernis, sidera nomen habent.
Inde nefas ducunt genus hoc imponere tenfis,
Ne violent timidi piscibus ora, Syri.

Silvia

Silvia vestalis——
Sacra lavaturas manè petebat aquas:
Ventum erat ad molles declivo tramite ripas:
Ponitur & summa fictilis urna coma.
Fessa resedit humo: ventósque accepit aperto
Pectore: turbatas restituitq; comas.
Dum sedet, umbrosæ salices, volucrésque canoræ
Fecerunt somnos, & leve murmur aquæ.
Blanda quies furtim victis obrepsit ocellis:
Et cadit à mento languida facta manus.
Mars videt hanc: visámq; cupit: potiúrq; cupitâ;
Et tua divina furta fefellit ope.
Somnus abit: iacet ipsa gravis: iam scilicet intra
Viscera Romanæ conditur urbis erat.
Languida consurgit, nescit cur languida surgat:
Et peragit tales arbore nixa sonos.
Vtile fit fasti tumque, precór, quod imagine somni
Vidimus: an somno clarius illud erat?
Ignibus Iliacis aderam: cùm lapsa capillis
Decidit ante sacros lanea vitta focos.
Inde duæ pariter (visu mirabile) palmæ
Surgunt: ex illis altera major erat:
Et gravibus ramis totum protexerat orbem:
Contigit & sidus sua fidera summa coma.
Ecce meus fratrum patruus molitur in illas,
Terreor admonitu: cœpque timore micat.
Martia Picus avis genuino pro stipite pugnant:
Et lupa: tuta per hos vtraque palma fuit.
Dixerat: & plenam non firmis viribus vrnam
Sustulit: implerat, dum sua visa refert.
Interea crescente Remo, crescente Quirino,
Cælesti numidus pondere venter erat.
Quo minus emeritis exiret curribus annus,
Restabant nitido jam duo signa Deo.

Silvia

Silvia ſit māter: Veſtæ ſimulachra ferunnt
Virgineas oculis oppoſuiſſe manus.
Ara deæ certè tremuit, pariente miniſtra:
Et ſubijt cineres territa flamma ſuos.
Hoc vbi cognouit contemptor Amulius æqui?
(Nam rapuit fratri vicini habebat opes)
Amne jubet mergi geminos, ſceleris vnda refugit,
In ſiccā pueri deſtituuntur humo.
Lacte quis infantes nullo creviſſe ferino?
Et picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibos?
Martia ter ſenos prolem adoleverat annos:
Et liberat flavæ jam nova barba comæ.
Omnibus agricolis, armentorūmque magiſtris
Iliadæ fratres jura petita dabant.
Sæpe domum venêre prædonum ſanguine læti
Et redigunt actos in ſua jura boves.
Vt genus audierant animos pater edītus auget:
Et pudet in parvis nomen habere caſis.
Romuleóque cadit trajectus Amulius enſe:
Regnáque longæuo reſtituuntur auo.
Mœnia conduntur: quæ quamvis parva fuerunt,
Non tamen expedijt tranſiliſſe Remo.
Iam, modo quæ fuerant ſilvæ, pecorúmque receſſus,
Vrbs erat: ——

Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypſipylea colit:
Iunonem Sparte, Pelopeiadéſque Mycenæ?
Pinigenum Fauni Mænalis ora caput.
Mars Latio venerandus eram quis præſidet armis?
Arma feræ genti tēmque, decúſque dabant.

——hiemis adoperta gelu tunc denique cedit: *Veris de-*
Et pereunt viſtæ ſole tepente nives. *ſcriptio.*

Arboribus tedeunt: lætonia frigore frondes:
Vuidáque in gravido palmite gemma timet.
Quæque diu latuit, tunc quæ se tollat in auras,
Fertilis occultas inuenit herba vias.
Nunc fœcundus ager: pecoris nunc hora creandi:
Nunc avis in ramo tecta, laremque parat.

Principio nimium promptos ad bella Quirites
Molliri placuit iure, deumque metu.
Inde datæ leges, ne fortior omnia posset:
Cœptaque sunt puræ tradita sacra coli.
Exuitur feritas: armisque potentius æquum est:
Et cum cive pudet conseruisse manus.
Atque aliquis modò trux vita jam vertitur arat
Vináque dat topidis, farráque salsa focis.

Constat Auentinæ tremuisse cacumina silvæ:
Terráque subsedit pondere pressa Iouis.
Corda micant regis: totóque è corpore sanguis
Fugit: & hirsutæ diriguere comæ.
Vt redijt animus, Da certa piamina, dixit,
Fulminis altorum rex, parcráque, deum.
Si tua contigimus manibus dominia puris:
Hoc quoque, quod petimus, si pia fingis, roga.
Annuit oranti: sed verum ambage remota
Abdidit: & dubio terruit ore virum.
Cæde caput dixit, cui rex, parebimus, inquit:
Cædenda est hortis eruta cepa tuis.
Addidit hic: hominis fumes, ait ille, capillos.
Postulat hic animam: cui Numa, pacis, ait.
Risit & his, inquit, facito mea tela procures
O vir colloquio non abigende deûm.

Pegasus. Credimus hic cæsæ gravida cervice Medusæ
Sanguine respersis profluisse comis.

Hâc

Huic supra nubes, & subter sidera lapso
Cœlum pro terra, pro pede penna fuit.
Iámque indignanti nova frena receperat ore;
Cum leuis Aonias vngula fodit aquas.
Nunc fruitur cœlo, quod pennis ante petebat:
Et nitidus stellis quinq; decémque micat.

——à Baccho mella reperta ferunt
Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro.
Non habet ingratos fabula nostra ioco.
Iámq; erat ad Rhodopé, Pangæáq; flumina ventum;
Æriferæ comitum concrepuere manus.
Ecce novæ coëunt volucres tinnitibus aëræ:
Quóque movent sonitus æra, sequuntur apes.
Colligit errantes, & in arbore claudit inani
Liber: & inventi præmia mellis habet.
Vt Satyri, lævíque senex tetigere saporem;
Quærebant flavos per nemus omne favos.
Audit in exesa stridorem examinis vlmo:
Adspicit & ceras, dissimulátq; senex.
Vtque piger pandi tergo residebat asselli;
Applicat hunc vlmo, corticibúsque cavis.
Constitit ipse super, ramoso stipite nexus:
Atque avidè trunco condita mella petit.
Millia crabronum coëunt, & vertice nudo
Spicula defigunt: oráque prima notant.
Ille cadit præceps: & calce ferit asselli:
Inclamatque suos: auxiliumque rogat.
Concurrunt Satyri: surgentiáque ora parentis
Rident percusso claudicat ille genu.
Ridet & ipse deus: limúmq; inducere monstrat.
Hic paret mónitis: & linit ora luto.

Ensibus exsertis bellica læta dea est.
Palladа nunc pueri, teneræq; orate puellæ.

Qui bene placarit Pallade, doctus erit,
Pallade placata lanam mollire puellæ
Discant: & plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit: & rarum pectine densat opus.
Hanc cole, qui maculas læsis de vestibus auferes;
Hanc cole, velleribus quisquis aëna paras.
Nec quisquam invita faciet bene vincula planta:
Pallade sit Tychio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sis potior; rata Pallade, tuncus erit.
Vos quoque, Pieridæ, morbos qui pellitis arte,
Munera de vestris pauca referte deæ.
Nec vos turba feri sensu fraudata magistri
Spernite: dissipuli retrahit illa novos.
Quique moues cælum, tabulámque coloribus vris;
Quique facis docto mollia saxa manu;
Malle dea est operum: certè dea carminis illa est.
Si mereor studijs adsit amica meis.

Seminibus tostis sceleratæ fraude novercæ
Sustulerat sulcis, vt solet, herba comas.
Mittitur ad Tripodas certa qui sorte reporret,
Quam sterilis terræ Delphicos edat opem.
Hic quoq; corruptus cum semine nuntiat Helles
Et juvenis Phrixi funera sorte peti.
Vsque recusantem cives, & tempus, & Ino
Compulerant regem tristia nefanda pati.
Et soror, & Phrixus velati tempora vittis
Stant simul ante aras: junctáque fata gemunt.
Adspicit hos vt fortè pependerat æthere mater,
Et ferit attonita pectora nuda manu:
Inque draconigenam nimbis comitantibus vrbem
Desilit & natos eripit inde suos.

Vtque

Vtque fugam capiant aries nitidissimus auro
Traditur, ille vehit per freta longa duos,
Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
Femina; cùm de se nomina fecit aquæ.
Pænè simul perijt, dum vult succurrere lapsæ
Frater: & extentas porrigit vsque manus.
Flebat, vt amissa gemini consorte perseli,
Cæruleo iussam nescius esse deo.
Litoribus tactis aries fit fidus: at hujus
Pervenit in Colchas aurea lana domos.

Dardánon Electra quis nescit Atlantide natum?
Scilicet Electram concubuisse Iovi?
Hujus Erichthonius: Tros est generatus ab illo:
Assaracum creat hic: Assaracúsque Capyn.
Proximus Anchises; cum quo commune parentis
Non dedignata est nomen habere Venus.
Hinc satus Æneas: pietas spectata per ignes
Sacra, patremque humeris, altera sacra tulit.
Venimus ad felix aliquando nomen Iuli:
Vnde domus Teucros Iulia tangit avos.
Posthumus hinc: qui, quòd silvis est natus in altis,
Silvius in Latia gente vocatus erat.
Isque, Latine, tibi pater est: subit Alba Latinum:
Proximus est tutilis Epytus, Alba, tuis.
Ille dedit captæ repetita vocabula Troiæ;
Et tuus est ideæ, Calpete, factus avus.
Cumque patris regnum post hunc Tiberinus haberet:
Dicitur in Tuscæ gurgite mersus aquæ:
Iam tamen Agrippam natum, Remulúmq; nepotem
Viderat, in Remulum fulmina missa ferunt.
Venit Aventinus post hos; locus vnde vocatur,
Mons quoque: post illum tradita regna Procæ:
Quem sequitur duri Numitor germanus Amuli.

Ilia cum Lausso de Numitore sati,
Ense cadit patrui Lausus: placet Ilia Marti
Téque parit gemino iuncte Quirine Remo.

Reddita Saturno sors hæc erat: Optime regum
A nato sceptris excutiere tuis.
Ille suam metuens, vt quæque erat edita prolem
Devorat immensam visceribusque tenet.
Sæpe Rhea questa est toties fecunda, nec vnquam
Mater: & indoluit fertilitate sua.
Iuppiter ortus erat, pro magno teste vetustas
Creditur: acceptam parce movere fidem.
Veste latens saxum cœlesti gutture sedit:
Sic genitor fatis decipiendus erat.
Ardua jamdudum resonat tinnitibus Ide;
Tutus vt infanti vagiatore puer.
Pars manibus clypeos, galeas pars tundit inanes;
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit patrem: prisique imitamina facti
Aera dex comites, raucáq; terga movent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant;
Tibin dat Phrygios, vt dedit ante, modos.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet;
Sed nos in vitium credula turba sumus.

*Terra Attica* Hic primùm gelido * sedit * mœstissima saxo
* *Ceres.* Illud Cecropidæ nunc quoque triste vocant.
* *Ob filiam Proserpinam* Sub Iove duravit multis immota diebus,
Et lunæ patiens, & pluvialis aquæ.
*frustra dia quæsitam.* Fors sua cuique loco est, qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur, hîc Celei rura fuere senis.
Ille domum glandes, excussaque mora rubetis

Porta

Portæ, & arsuris arida ligna focis.
Filia parua dua regebat monte capellas:
Et tener in cunis filius æger erat.
Mater, ait virgo, (mota est dea nomine matris)
Quid facis in solis incomitata locis?
Persuitur & senior, quamvis onus vrgeat: & orat
Tecta suæ subeat quamlibet usque casæ.
Illa negat; simulatque animum mitraque capillos
Preserat instanti talia dicta refert:
Sospes eat, semperque parens: mihi filia rapta est.
Heu melior quanto sors tua sorte mea est!
Dixit: & vt lacrimæ (neq; enim lacrimare deorum est)
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.
Flent pariter molles animis virgoque, senexque;
Et quibus hæc nulli verba fugere senis:
Sic tibi, quam raptam queritis, sit filia sospes;
Surge: nec exiguæ despice tecta casæ.
Cui dea sic inquit: Scisti, qua cogere posses,
Séque leuat lazo, sitsequitur q; senem.
Dux comiti narrat qualem se sibi filius ægrum
Nec capiat somnos: inuigilétque malis,
Illa soporiferum paruos inirura penates,
Colligit agresti lenè papauer humo.
Dum legit, oblitq; fertur gustasse palato:
Longámque imprudens exhibuisse famem,
Quæ qua principio posuit ieiunia noctis:
Tempus habent mensæ sidera visa sibi.
Limen vt intravit, luctus videt omnia plenus;
Iam spes in puero nulla salutis erat.
Matre salutata (mater Menalina vocatur)
Iungere dignata est os puerile suo.
Pallor abit: subitaq; vident in corpore vires:
Tantus cœlesti venit ab ore vigor.
Tota domus læta est, hoc est, materque patérque,

Natáque: tres illi nocta fugre domus.
Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lactis,
Pomáque, & in cæris aurea mella favis.
Abstinet alma Ceres: somnúsque papaveris ausus
Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.
Noctis erat medium, placidíq; silentia somni:
Triptolemum gremio sustulit illa suo:
Térque manus permulsit: eum: ter carmina dixit,
Carmina mortali non referenda sono:
Inq; fóco corpus pueri vivente favilla
Obruit, humanum purget vt ignis onus.
Excutitur somno dulcè pia mater: & amens,
Quid facis? exclamat: membráque ab igne rapit.
Cui dea, Dum non es, dixit, scelerata, fuisti:
Irrita materno fiunt mea dona sinu.
Iste quidem mortalis erit: sed primus arabit,
Et seret, & culta præmia tollet humo.

Rege Numa, fructu non respondente labori,
Irrita decepti vota colentis erant.
Nam modò sicca erat gelidis aquilonibus annus:
Nunc ager assiduis turnisabat aquis.
Sæpe Ceres primis dominum fallebat in herbis:
Et levis obsessa stabat avena solo:
Et pecus ante dicm partus edebat acerbos:
Agnaque nascendo sæpe necabat ovem:
Silva vetus nullóque diu violata securi
Stabat, Mænalio sacra relicta deo.
Ille dabat tacitis animo responsa quieto
Noctibus: hic geminas rex Numa mactat oves.
Prima cadit Faunoceni cadit altera Somno.
Sternitur in duro vellus utrumq; solo.
Bis caput intonsum fontana spargitur unda:
Bis sua fagineæ tempora fronde tegit.

Vix

Vsus abest Veneris: nec fas animalia mensis
Ponere: nec digitis annulus vllus inest.
Vesper vbi est; tectum supra nova vellera corpus
Ponit, adorato per sua verba deo.
Interea placidam redimita papauere frontem
Nox venit: & secum somnia nigra trahit.
Faunus adest: quique premens pede vellera duro,
Edidit à dextro talia verba toro:
Morte boum tibi, rex, tellus placanda duarum:
Dat sacris animas vna necata duas.
Excutitur terrore quies: Numa visa reticuit:
Et secum ambages, cæcaque vita refert.
Expedit errantem nemoris gratissima conjux:
Et dixit; Gravidæ poscere exta bovis.
Exta bovis gravidæ dantur: fecundior annus
Provenit: & fructum terra peculque ferunt.

Iam lucrat pœnas frater Numitorius, & omne
Pastorum gemino sub duce vulgus erat.
Contrahere agrestes, & mœnia ponere vtrique
Convenit, ambigitur mœnia ponat vter.
Nil opus est, dixit, certamine, Romulus, vllo:
Magna fides avium est: experiamur aves.
Res placet, alter init nemoroso saxa Palati;
Alter Aventinum mane cacumen init.
Sex Remus, hic volucres bis sex videt ordine: pacta
Stant: & arbitrium Romulus vrbis habet.
Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.
Sacra Pales fiberanti inde movetur opus.
Fossa fit ad solidum: fruges jaciuntur in ima:
Et de vicino terra petita solo.
Fossa repletur humo: plenæque imponitur aræ:
Et novus accenso fungitur igne focus.
Inde premens stivam designat mœnia sulco:

Alba

Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.
Vox fuit hæc regis, Condenti Iupiter urbem,
Et genitor Mavors, Vestáque mater ades:
Quóque pium est adhibere deos, advertite cuncti;
Auspicibus vobis hoc mihi surgat opus.
Longa sit huic ætas, dominæque potentia terræ;
Sintque sub hac oriens, occiduúsque dies.
Ille precabatur, tonuit rex dextra sinistra
Iuppiter: & lævo fulmina missa polo.
Augurio læti jaciunt fundamina cives:
Et novus exiguo tempore murus erat.
Hoc Celer urget opus? quem Romulus ipse vocasset
Sintque Celer curæ dixeras ista tuæ.
Neve quis aut muros, aut factum vomere fossum
Transeat: audentem talia dede pœnæ.
Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros
Cœpit: & His populus, dicere, tutus erit?
Nec mora, transilit: retrò Celer occupat ausum:
Ille premit duram sanguinolentus humum.
Hæc vbi rex didicit, lacrymas introrsus abortas
Devorat: & clausum pectore vulnus habet.
Flere palam non vult: exemplóque fortis servat:
Sicque meo muros transeat hostis ait.
Dat tamen exequias, nec jam suspendere fletum
Sustinet: & pietas dissimulata patet.
Osculáque applicuit posito supremia feretro:
Atque ait, Invito frater adempte vale.

Terra feros partus immania monstra Gigantes
Edidit auctoros in Iovis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues:
Atque ait, In magnos arma movete deos.
Exstruere hi montes ad sidera summa parabant:
Et magnum bello sollicitare Iovem.

Ful-

Fulmina de cœli jaculatus Iuppiter arce
Vertit in auctores pondera vasta suos.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani:
Inque suo pretio nuga senilis erat.
Martis opus juvenes, animosque bella gerebant;
Et pro dis aderant in statione suis.
Viribus illa minor, nec habendis utilis armis
Consilio patriæ sæpe ferebat opem.
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros:
Nomen & ætatis mite senatus habet.
Jurá dabat populo senior: finitáque certis
Legibus est ætas, unde petatur honos.
Et medius juvenum non indignantibus ipsis
Ibat: & interior, si comes unus erat.
Verba quis auderet coram sene digna notare
Dicere? censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit: selectáque corpora patrum
Dixit: ad hos vobis summa relata nova est.

Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida
Dicitur in silvis occuluisse Jovem.
Huic fuit hædorum mater formosa duorum
Inter Dictæos conspicienda greges:
Cornibus æreis, atque in sua terga recurvis:
Vbere, quod nutrix posset habere Iovis.
Lac dabat illa deo, sed fregit in arbore cornu:
Truncáque dimidia parte decoris erat.
Sustulit hoc nymphæ cinxisque decentibus herbis:
Et plenum pomis ad Iovis ora tulit.
Ille vbi res cœli tenuit, solióque paterno
Sedit; & invicto nil Iove maius erat;
Sidera nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit: quæ dominæ nunc quoque nomen habent.

Nos

Nos quoque tangit honor: festis gaudemus, & aris
Turbáque ex festis ambitiosa sumus.
Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iovem vidi, cùm jam sua mittere vellet
Fulmina: nire dato sustinuisse manum.
At si negligimur, magnis injuria pœnis
Solvitur, & justum præterit ira modum.
Respice Thestiaden: flammis absentibus arsit:
Causa est, quòd Phœbes ara sine igne fuit.
Respice Tantaliden: eadem dea tela tenebat:
Virgo est: & spretos bis tamen ulta focos.
Hippolyte infelix velles coluisse Dionen:
Cùm constratis dispereris equis.

Pelion Hæmoniæ mons est obversus in austros:
Summa virent pinu: cetera quercus habet.
Phillyrides tenuisse ferox fertur antra vetusto:
Quæ justum memorant incoluisse senem.
Ille manus olim missuras Hectora letho
Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exhausta parte laborum:
Iussáque restabant victima pœnè viro.
Stare simul casu Troiæ duo fata videres:
Hinc puer Æacides, hinc Iove natus erat.
Excipit hospitio juvenem Philyreius heros:
Et caussam adventus hic rogat, ille docet.
Respicit interea clavam, spoliumque leonis:
Virque ait his armis, armáque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
Vellus, Achilleæ continuere manus.
Dúmque senex tractat squallentis tela veneni;
Excidit, & lævo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chiron: trasitq; è vulnere ferrum:

Et

Et gemit Alcides, Hæmoniúsque puer.
Ipse tamen lectas Pagasæis colibus herbas
Temperat: & vana vulnera mulcet ope.
Virus edax superabat opem penitúsque recepta
Ossibus, & toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernææ sanguis Echidnæ
Mistus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat vt ante patrem lacrimis perfusus Achilles:
Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.
Sæpe manus ægras manibus fingebat amicis:
Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oscula sæpe dedit: dixit quoque sæpe iacenti:
Vive precor: nec me, care relinque pater.

Iuppiter, & lato qui regnat in æquore frater,
Carpebant socias, Mercuriúsque vias.
Tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra:
Et pronus saturæ lac bibat agnus ovis.
Fortè senex Hyreus angusti cultor agelli
Hos videt, exiguam stabat vt ante casam.
Atq; ita, Longa via est, nec tempora longa supersunt:
Dixit: & hospitibus ianua nostra patet.
Addidit & vultum verbis: iterúmq; rogavit,
Parent promissis: dissimulantque deos.
Tecta senis subeunt nigro deformia fumo:
Ignis in hesterno stipite parvus erat.
Ipse genu nixus flammas excussit ab aura:
Et promit quassas, comminuitq; faces.
Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat:
Et spumat testis pressus vterq; suo.
Dumq; mora est, tremula dat vina rubentia dextra.
Accipit æquoreus pocula prima deus.
Quæ simul exhausit; Da nunc bibat ordine, dixit,
Iuppiter audito palluit ille Iove.

Vt

Vt rediit animus, culterem pauperis agri
Immolat, & magno torret in igne bovem:
Quæque puer quondam primis diffuderat annis;
Promit fumoso condita vina cado.
Nec mora: flumineam lino celantibus vluam
Sic quoque non altis incubuere toris.
Nunc dapes, nunc posito mensæ nituere Lyæo:
Terra rubens crater, poculla fagus erant.
Verba fuere Iovis, Si quid fert impius, opta:
Omne fores placidi verba fuere senis.
Cura fuit: conjux prima mihi cara juventa
Cognita: nunc vbi sit quæritis? vrna tegit.
Hilic ego juratus vobis in verba vocatis
Conjugio dixi sola frvere meo.
Et dixi, & servo: sed enim diversa voluntas
Est mihi: nec coniux, sed pater esse vólo.
Annuerant omnes: omnes ad terga juvenci
Constiterant: pudor est vlteriora loqui.
Tunc super injecta texere madentia terra:
Iamque decem menses: & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Vriona:
Perdidit antiquum littera prima sonum.
Creverat immensum: comitem sibi Delia sumpsit:
Ille deæ custos, ille sagittifer erat.
Verba movent iras non circumspecta deorum:
Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera est.
Scorpion immisit tellus: fuit impetus illi
Curva gemelliparæ spicula ferre deæ.
Obstitit Orion: Latona nitentibus astris
Addidit: &, Meriti præmia, dixit, habe.

Præbuit, vt taurus, Tyriæ sua terga puellæ
Iuppiter, & falsa cornua fronte tulit.
Illa jubam dextra, læva retinebat amictus:

Ec

Et timor ipse novi caussa decoris erat.
Aura sinus implet flavos movet aura capillos:
Sidonio fuerat adspicienda Iovi.
Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas:
Et metuit tactus assilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demisit in undas:
Hæreat vt collo fortius illa suo.
Litoribus tactis flabat sine cornibus vllis
Iuppiter: inque deum de bove versus erat.
Taurus init coelum: te Sidoni Iuppiter impleti
Parsque tuum terræ tertia nomen habet.

Clare nepos Atlantis adesaquem montibus olim
Edidit Arcadiis Plëias vna Iovi:
Pacis & armorum superis imissque deorum
Arbiter: alato qui pede carpis iter:
Læte lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra:
Quo didicit cultè lingua docente loqui.
Te, quicunque suas profitentur vendere merces,
Ture dato tribuas vt sibi lucra, rogant.
Est æqua Mercurij portæ vicina Capenæ:
Si juvat expertis credere, numen habet.
Huc venit incinctus tunica mercator: & vnæ
Purus fusifusa, quam ferat, haurit aquam.
Vda fit hinc laurus: lauro sparguntur ab vda
Omnia: quæ dominos sunt habitura novos.
Spargit & ipse suos lauro rorante capillos,
Incipit & solita dicere voce preces.
Ablue præteriti perjuria temporis, inquit:
Ablue præterita perfida verba fide.
Sive ego te feci testem, fallóve citavi
Non audituri numina vana Iovis:
Sive deum prudens alium, divámve fefelli:
Abstulerim celeres improba verba notæ.

Et

Et pereant veniente die perjuria nobis?
Nec curem superi, si qua locutus ero.
Da modo lucra mihi: da facto gaudia lucro:
Et face vt emptori verba dedisse juvet.
Talia Mercurius poscentes, ridet ab alto
Se meritor Ortygias surripuisse boves.

Abstulerant raptas Phoeben, Phoebésque sororem
Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetitur quæ suus & frater Idæ
Leucippo fuerat pacta utrique gener.
His amor, vt repetant; illis, vt reddere nolint,
Saxidet & ex æquo pugnat vterque pari.
Effugere Oebalidæ cursu potuere sequentes;
Sed visum est celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus est apta arce pugnæ.
Constiterant illo nomina quisque loco.
Pectora transiectus Lyceo Castor ab ense
Non exspectato vulnere pressit humum.
Vltor adest Pollux: & Lyncea perforat hasta
Qua cervix humeros continuata regit.
Ibat in hunc Idas: vtrique est Iouis ignis repulsus:
Tela tamen dextræ fulmine rapta negant.
Iámq; tibi Pollux cœlum sublime patebat:
Cùm mea diuisti percipe verba pater:
Quod mihi das vni cœlum, partire duobus:
Dimidium toto munere maius erit.
Dixit: & alterna fratrem statione recepit:
Vsque sollicitæ fidus vtrumq; rati.

Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa
Aëre subjecto tam grave pendet onus,
Ipsa volubilibus librarum sustinet orbem?
Quóque premat partes angulus omnis abest.

Cúmque

Cúmque sit in media rerum regione locata:
Et tangat nullius pluúve minúve latus;
